3.1

DE

JURISDICTIONE ECCLESIASTICA, DISSERTATIO.

Quam

Auſpice ſummo Eccleſiæ Capite,

DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO.

Conſentiente

Nobiliſs. & Ampliſsimo JCtorum ordine in illuſtriſſima SALANA,

SUB PRÆSIDIO

Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Conſultiſſimi,

DN. ERASMI UNGEPAUR,

JCti longe celeberrimi, Conſiliarii Saxonici graviſsimi, Anteceſſoris hujus Athenæi eminentiſſimi, Curiæ Saxon. Provinc. Scabinatus & Facultatis Juridicæ Aſſeſſoris, hujusque Ordinarii meritiſſimi; Domini Patroni & Promotoris ſui perpetim ſuſpiciendi,

pro

DISPUTATIONE INAUGURALI,

& Summos in utroque Jure honores capeſſendi

LICENTIA,

Publicæ disquiſitioni ſubjicit

ADAM SAMUEL Freyſtein.

Ad diem Aprilis hor. ante & pomeridianis

in auditorio JCTORUM.

Typis SAMUELIS KREBSII,

ANNO M DC LVII.

IN NOMINE JESU!

DE

JURISDICTIONE ECCLESIASTICA DISSERTATIO.

I.

QUod rerum Romanarum juxta TACIT. *in Agric. c. 10.* eloquentissimus autor T. LIVIUS PATAVINUS *lib. 1 hist. c. 19.* de NUMA POMPILIO secundo Romanorum Rege refert; eum omnium primum Deorum metum, rem ad multitudinem devinciendam efficacissimam Romanis injecisse, id certe coincidere cum illo videtur, quod præstantissimus Sapientum THALES, juxta CICERONEM *lib. 2 de LL.* firmare fuit solitus: Hominibus scil. ante omnia fore inculcandum, esse Numen aliquod superius, quod cogitationibus eorum interveniat, & quo propitio cuncta secunda contingerent, irato, adversa. Quemadmodum quoque vel ideo magnus ARISTOTELES *lib. 7. Polit. c. 8.* Religionem πρώτην ἐν πολιτείᾳ ἐπιμέλειαν, PLUTARCHUS *lib. adv. Colot.* ἁπάσης κοινωνίας ἔρεισμα, CICERO *lib. 2. de nat. Deor.* Reipublicæ firmissimam compagem, aliique aliter appellitarunt. J. LIPSIUS *in not. Polit. lib. 2. c. 2.* J. BODIN. *de Rep. 5. c. 5.*

II.

Neque id sine ratione. Nam pergit inibi prædictus AUTOR *d l. c. 21.* ea exin pietate Numa omnium imbuerat pectora, ut Fides & jusjurandum, proximo Legum & pœnarum metu regerent Civitatem. Quippe quotusquisque aliàs ab insito amore

A 2 sui

sui in omne præceps non esset ruiturus? Nunc ubi præter ingenitum Numinis cultum, propria imbecillitas convincat mortales, esse qvodpiam superius, quod suæ indigentiæ, cui ipsi mederi nequeant, succurrat, sane idem cœperunt timere, venerarique. Et ex eo ipso quo propter supremam hanc potestatem suæ incœperunt potentiæ diffidere, incœperunt insimul inter se commune commodum, mutua quapiam obedientia tueri. Quæ tamen adhuc parum valitura, ni transgressores idem semper infestum crederent metuendum, quod iis in quocunque ausu adesse debeat auxiliare. PLATO *de LL lib.10.*

III.

Tam grande igitur momentum in omni Republica est Religio, sed non minus pro instituto aut ingenio cujuslibet juxta in rectum tracta finem ac perversum. Et in hunc quidem eo pronius, dum plures à Religione ad superstitionem prolabuntur, aliique econtra & hinc inde occasionem quærant quidvis simplicioribus imponendi. Unde quoque summæ sæpe potestates eam in firmamentum potentiæ suæ adsumserunt, & adhuc præter eas sibi potissimum exinde aliquid licere persuasum habuerunt illi, qui in Religione sacrorum curâ & ministerio fungebantur. Nam licet tales æquè summis potestatibus subjecti, imo magistratus fere omnes pleraque sacra ipsi facerent, attamen vel ideo, quod ipsum ministerium insignem quendam præ se ferre videbatur cultum & venerationem, suarum insimul partium rati, vel eo sibi speciem imperii quærere. Proclivi ab autoritate ad Imperium transitu, neque asperiori ab Imperio ad quamlibet ambitionem, & ab hâc, ad omnem magnæ fortunæ libidinem.

IV.

Exempla hujusce rei ubique obvia. Et in Romana Historia, (ut in eo pergam, de quo orsus sum) quota non undique hinc inde duntaxat orta dominationis tentamenta? Nam utut cruda adhuc libertate Sacerdotes Pontificibus subjecti essent, hique Populo rursus, attamen maxuma sane omnes torquebat cura, & plebem quidem, ne honos talis libertati suæ officeret aliquid, Patres vero, ut aliquid modo supersit, quo cæteros dignitate

qua-

quadam præeminerent. Cujus caula & Plebs contendebat semper in partem Sacrorum adsciri,& Patribus is unicus labor, ne vel ea promiscua fierent. Quæ & ratio fuisse videtur, cur Legum non modo interpretatio diutissime à Pontificibus pependit, *l. 2. §. 6. ff. de O. J.* sed & dignitas Pontificatus cum cætera vulgarentur à Patriciis, ut videre est ap. LIVIUM *lib.1.c.1.43. lib.5. c.34. 42. lib.7.c.17.* Adeo nimirum sero credebatur plebeja auspicia æque prospera ac Patricia esse. LIV. *lib.10. c.7.8.9.* Usque dum mutata regiminis forma ad nobilissimos sacerdotia devolverentur rursus, TACIT. *3. H. c.77.* summusque demum hominum summus quoque Pontificum audiret. TAC. 3. Ann. c. 58. J.CASAUB. & BOECL. *in not. ad Suet. Jul.*

V.

De incolis Æthiopiæ refert DIOD. SICULUS *l. 6. c. 10.* quod & Reges à Sacerdotibus in ignem ire jussi, mandato non repugnaverint. Et de Patribus nostris TACIT. *de mor. eor. c. 7.* quod qui & Regibus autoritate suadendi magis quam jubendi potestate alias subjecti, Sacerdotibus tamen ad vincula & verbera usque paruerint. Qualis venerationis de Tartaris meminit quoque SIGISMUND. BARO *in Tartar.* Persis, PHILOSTRATUS *in vit. Apol.* Ægyptiis, STRABO *lib.12.* & Gallis, J.CÆSAR *de bell. Gall. lib.4.* Imo ne Ethnicorum exitiabilem superstitionem scrutemur saltem, sane nec CHRISTIANA nostra Religio melioribus edocta licet hujusmodi exemplorum expers. Quippe & inibi non minus sæpe arrogantia quorundam qui sacris adstitere ultra concessa excrevit. Eaque tum temporis potissimum, ubi primitus Sacerdotum potestas, quæ antea ministerialis modo, parte aliqua temporalis potestatis cœpit fulciri, vindicandoque postea utrumque, prodesse fere neutri. *Verb. Heinrici I. Imp. Rom. ad Gregor. VII. Pontif. Rom. ap.* ABB. URSPERG.

VI.

Et licet in primitiva Ecclesia & post extiterint nonnulli, qui utut potentiam aliquam ad actus externos commodius exercendos nacti, pari tamen Religionis dignitate & modestia egerunt; Nihilominus plures quoque hoc ipso adminiculo ad stabiliendam potentiam suam usi. Non multo immodestius

modo iis, à quorum benevolentia aut ignavia idem antea adepti, sed & postquam Imperandi dulcedinem semel perceperunt, in ipsorum conferentium detrimentum. Prout suo tempore PANDULPH. COLLENUTIUS *lib. 4 histor. Neapol. in vit. Frider. II.* exclamare non erubuerit, nullum malum in Imperio perpetrari cujus prima origo non Sacerdotibus adscribenda. Et OTTO FRISINGENSIS *lib. 7. Chron. in praef.* exclamet: Potestatem hanc Ecclesiasticis concessam consumere statum Laicorum & Imperium. Imo ex recentioribes FR. DUAREN. *de benef. lib. 1. c. 4.* Eorum tribunalia exsuperare regia & profana, nec minus calumniis, strophis forensibus esse plena ac quævis secularia.

VII.

Verum cum jam nimis sero adversus illud disputetur, quod multo tempore hucusque stetit, ut in simili respondit sæculo XIII. HOSTIENSIS *Cardinalis atque ArchiEpiscopus Ebredunensis* & CYNUS *Professor Bononiensis* secundum FER. VASQUIUM *lib. 1. controv. 22. n. 9.* & FR. DUAREN. *in praefat. & lib. 1. c. 4. de benef. Eccles.* Et distinctio Ecclesiastici regiminis & secularis, si in priori excessus evitentur & posterius certo respectu non excludatur penitus, neutiquam neganda, quin potius & divino & humano jure fulciatur. MARC. *12. v. 17. Nov. 6. c. 10. dist. 96.* Cujus causa in nostro foro notitia ejusdem insigni utilitate gaudet. Ita de hac JURISDICTIONE nimirum ECCLESIASTICA pauca exercitii gratia Bono cum DEO proponere animus est. Humillime confidens neque id orbitas Facultatis meæ, cujus altera pars eo unico innititur, egressurum, neque alios quibus potior ea cura, ausum hunc male interpretaturos, sive expectationi minus satisfaciam, sive parum scite in transgressu ea, quæ altioris sint cathedræ attingam.

VIII.

JURISDICTIO sic à jure dicundo potius, juxta CORAS. J. CUJAC. M. WESEMB. & H. DONELL. quam jure & ditione ex mente AZON. VASQ. & U. ZASII arg. *l. 1. de Jdict. l. 12 de V. & P. S. c. 10. de V. S.* dicta in genere definitur: Legitima de re statuendi, statutique exsequendi. H. DONELL. *17. com. 6.* seu brevius, juris dicundi potestas. FR. DE CLAP. *concl. 1.* BACHOV. *ad Tr. vol. 1.*

vol.1.disp.3.th.1.litt.E. T. PAURMEISTER *de Jurisd.lib.1 c.7.n.11.* H. HAHN *ad Wesemb. hic. n.3.* In quâ definitione quoad genus potestatem, arg. *l.13.§.1.l.fin. de Jurisd. l.5. de re jud. l.fin.ff. de off. Praef. Urb.* Dd. fere conveniunt omnes. Ex antiquis, BULGARUS, AZO, ACCURSIUS, DURANDUS. Ex recentioribus DUARENUS, CHARONDAS, J. & M. STEPHANI, D. & J. GOTHOFREDI, S. GENTILIS, SUTHOLT & alii. Denotando nimirum eandem in omni communione summæ potestatis esse debere, cui scilicet sese omnes in jure suo expectando æque subjiciant, sive id quod quilibet expectat citra suam injuriam ei non possit denegari, sive idem, citra alterius, ab eo immunis conservari. GR. DE VALENT. *tom.2.disput 5.th.2.* Magnific. Dn. FRANZKIUS *in comm. ad Digest. de J. & J. n.4.*

IX.

Et quia illud jus quod expectandum venit, ratione objecti circa quod versatur, diversum, ita postmodo potestas illa, seu jurisdictio respectu ejusdem diversimode appellatur. Quæ cum hic circa res sacras, divinas, & ex Christiana Religione totum credentium & convocatorum cœtum, eorumque salutem versetur, earumdem quoque ratione vocari solet Jurisdictio sacra, divina, spiritualis, & Ecclesiastica, cui opponitur à Cc. profana, humana, temporalis & carnalis. *c. 29. 11. qu.1. c. 6. dist. 10. gl in c.5. & 6.7. de maj. & obed.c.2.3.5. de judic.* Quamvis proprie loquendo τὸ Ecclesiasticum spirituali latius pateat. Utpote cum hoc immediate ad bonum supernaturale tendat, illud vero totum vocatorum cœtum præter prius & in iis attingat, quæ cum cæteris non credentibus ad spirituale bonum adjuvandum communia. M. ANT. de DOM. *de Rep. Eccl. lib. 5. c. 1.* Rev. Dn. HULSEM. *in brev. Theol. c. 20. th. 9.*

X.

Vulgatissima tamen Ecclesiastica, ob id quod in ea plura & non credentibus æque communia comprehensa. R. MARANTA *sp. aur. dist. 13. p. 4.* Et quia eadem, ratione causæ efficientis à diversis exercetur & diversimode: ita iterum contingit, ut potestas & Jurisdictio hæc Ecclesiastica diversum sumatur, vel latè, pro potestate suprema, *c. 6. X. de maj. & obed. c.13. X. de judic.*

pro-

proprie, pro potestate magistratus, arg. secularis *l. 5. de Jurisd. c. 4. & 11. X. de for. compet.* pro loco in quo jus redditur. *c. 9. de prob.* pro potestate & jurisdictione delegata *c. 1. 11. 20. 24. 30. & pass. X. de offic jud. deleg.* pro notione nuda ad arg. secular. *l. 8. §. 18. de Transact. l. 3. §. sed ff. jud. solv. junct. l. 1. §. 3. de suspect. tutor. c. 29. de off. jud. deleg.* Prout & hæc Jurisdictio κατ' ἐξοχὴν in Jure Justinianæo appellatur Episcopalis audientia, & ἀκρόασις *l. 25. C. de Episc & Cler. l. 6. 13. 26. 33. & pass. t. t. C. de Episc. aud. N. 86.* MATTH. STEPH. *ad tit. C. hic.*

XI.

Idque posterius ideò, quod tum temporis Ecclesiastica potestas in nuda cognitione posita citra aliquam cognitum exsequendi potestatem *d. l. 25. C. de Episc. aud. junct. N 86.* NICEPH. *lib. 7. c. 46.* sed quia postmodo notioni isti potestas addita, ne sententiæ plane delusoriæ existerent, *c. 29. de off. jud. deleg.* Jurisdictionis adepta est nomen. Quam D. DURANDUS *de Jurisd. Eccl.* R. MARANT. *spec. aur. p. 4. dist. 11.* definiunt; cognitionem quæ de spiritualibus peragitur, sed quia definitio hæc strictior videtur suo definito, cum H. VULTEJ. *in Jurispr. Rom. lib. 1. c. 11. n. 4.* T. REINK. *de R. S. & E. lib. 3.* BRAUDL. *in synops. jur. public. lib. 4. c 1 n. 20.* MART. *de Jurisd. Eccl. & Sec.* J. STEPH. *lib. 4. de ead.* & Dn. WEBER. *de jur. Consist.* potius statuendum existimarem. Quod sit potestas, de personis & rebus Ecclesiasticis judicandi statuendiq;, jure magistratus Ecclesiastici competens.

XII.

Genus est potestas. arg. *l. 13. l. fin. ff. de Jurisdict. supr. th. 8.* & quidem cum sub potestatis vocabulo aliàs plura significentur *l 215. de V. S.* hic ea, quæ jure alicui concessa, ut sine injuria ei non possit resisti. Ex MOLIN. B. SUTHOLT. *de Jurisd. th. 176.* nec in judicandi munere tantum subsistens, sed & cum coercitione judicatum exsequendi conjuncta. S. GENTIL. *de Jurisdict. lib. 3. c. 16.* J. STEPH. *de Jurisd. Eccl. lib. 4. c. 2. n. 24.* Objectum personæ res & causæ, seu tantum personæ & res. OBRECHT. *de Jurisd. lib. 1.* Et illæ quidem, quæ in universali convocatione peculiariter à cœteris secularibus discretæ & de sorte Domini. arg. *c. cleros. dist. 21.*

dist 21. existunt, ut Clerici, & qui eidem jure subjectionis subsunt. F.DUAR. *de benef. Eccl. lib. 1. c. 1.* M. ANT. de DOM. *de R.E. lib. 5. c. 1. n. 9.* hæ vero, quæ ex sua natura ita comparatæ, ut regimen, & cognitionem Ecclesiasticam desiderent. M.STEPH. *de jur. publ. Eccl. disc. 3.* Subjectum magistratus Ecclesiasticus, cum & in eâ sine ordine nihil administretur. *c. 5. dist. 95.* S.GENTIL *d.l. c. 16.* H. GROT. *diss. de summ. Sacerd.*

XIII.

Et magistratus ille quidem, qui non in genere de summa potestate intelligitur, ut in *l 2. §. 14. de O.I & c. 19. de Elect.* ibique CUJAC. quæ Jurisdictionis hujus fons & origo. CABOT. *1. disp. 7.* S.GENTILIS *lib. 2. de jurisdict c. 26. & lib. 3. c. 18.* sed qui à suprema ad has causas constitutus est. H. VULT. *Jurispr. Rom. lib. 1. c. 12.* & penes quem formaliter potestas illa resideat. *l. 1. ff. ad L. Jul. de Amb.* H. DONELL. ibique HILLIO. *17. Com. 7. lite. Bb.* Quemadmodum & in Jurisdictione Ecclesiastica supra allegatus CYNUS, *in l. quoties C. ubi Senat. vel Clariss.* & JASON. *in l. 1. ff. de offic. ej. cuj. mand.* pro suæ sectæ & Pontificiæ Religionis opinione, (de jure quidem recte, sed minus recte de Pontifice) concludunt, Papam non proprie esse magistratum, sed causam ejusdem. Quod pluribus de civili *th. 104. & seqq. usque ad 250.* deducit B. SUTH. *de Jurisdict. & mixt. Imper.* & fere coincidit de Ecclesiastica R. MARANT. *in spec. aur. p. 4. dist. 11.*

XIV.

Quia vero magistratus ille, non semper 1. æqualiter, aut 2. ubique ipse solus eandem exercet, eaque 3. circa hujusmodi res versatur, quæ sui natura non unius ejusdemque qualitatis, sed diversarum specierum: ita & intuitu hujus, & 1. quidem Jurisdictio Ecclesiastica itendidem ut secularis, dividitur in Ordinariam & Extraordinariam, OBRECHT. *de Jurisd. lib. 1. c. 9.* respectu 2. in Propriam & Impropriam, *l. 6. de Jurisd. l. 2. 3. ff. de off. ej. cui. mand. t. t. X. de offic. Ordinar. t. t. X. de off. delegat.* VULTEJ. *Jurispr. Rom. lib. 1. c. 12.* hæcque rursus in mandatam & prorogatam. *l. 1. §. ult. ff. de offic. ej. l. 7. C. de Episc. aud. l 1. C. de jud. c. 2. 18. X. de for comp.* respectu 3. in voluntariam & contentiosam *l 2 ff. de off. Proc.* SPECULAT. *tit. de feriis, §. sequitur n. 7.* MARANT. *spec. aur. p. 4.*

 dist. 18.

dist. 18. VULTEJ. *ad l. 1. C. de Jurisd n. 1.* In illam, quæ in negotiis Ecclesiasticis, circa actus civiles versantur, & quæ circa crimina. *t. t ne de crimin Cler. t. t.* X. *de accusat. & in 6.* In Jurisdictionem fori exterioris & fori interioris. PETR. GREGOR. *de Rep lib. 7. c. 2. n. 8. & in syntagm. lib. 47. c. 4. & seqq.*

XV.

Ordinaria cui opponitur Extraordinaria, est, in qua solenni juris ordine servato proceditur, & hujusmodi solennis præcise desideratur, quam explicat. Clem. *2. de V.S.* & quæ extraordinaria sint, recenset. Clem. *ult. de judic.* Propria definitur, quam quis non alieno nomine sed suo & proprio jure quo magistratus exercet. *d. l. 5. de Jurisd. c. 33. c. 2. qu. 6. c. 7. de off. ordin. in 6.* & à Papa, juxta Romanenses, SPECUL. *lib. 1. de off. ordin. t. t.* X. *eod.* aut juxta nostros, à suprema potestate accepit. Quæ alias à GOVEANO. *hic. lib. 1. n. 6.* PAURM. *de Jurisd. lib. 1. c. 10. n. 2.* RITTERSHUS. *part. Feud lib. 2. c. 9. qu. 20.* arg. *l. 5. 6. de Jurisdict. l 27. de V.S. & l. 1. C. de const. Princip.* itemque *c. 19.* X. *de Elect. & Elect. potest.* iterum dividitur in Regiam & Beneficiariam. Sed quia hæc posterior ea est qua sub propria jam definita, & crebrius antea adductum, Principem non esse magistratum sed causam magistratus, cui Jurisdictionis nomen non conveniat proprie. SUTH. *d. l. aph. 181.* ita eandem & hic præteriri posse creditum.

XVI.

Et ex eo à contrario facile patet, quid Jurisdictio significet impropria. Quam iterum distinguunt Dd & imprimis Cc. in delegatam seu mandatam, & prorogatam. Illa est, qui ab eo provenit, qui jurisdictioni præest, citra jus magistratus, *l. 16. ff. & l. 1. C. de jurisd & t. t. de off. ej cuj. mand. t. t.* X. *de offic. jud. deleg. c. 15. de Elect.* Excell. Dn. STRUV. *Antecessor hujus Athenæi celeberr. Patronus & Promotor meus summopere devenerandus, in syntag. Jurisprud. ad tit. de Jurisd. th 144.* modo non sit Jurisdictionis hujus plane incapax, veluti Laicus privatus arg. *c. 10.* X. *de con. & c. 8.* X. *de arbitr. junct. c. 11.* X. *de Rescr. in 6.* OBRECHT. *de Jurisd. lib. 4. c 4. n. 13.* Dn. STRUV. *ad tit. de off. ej. cui mand. d. synt. th 37.* in quo à seculari differt. Hæc vero, quæ ex voluntate litigantium in eum qui Jurisdictioni, & quidem ex

Jure

Jure Canon. ejusdem generis præest, sed vi ejusdem aliàs inter eos cognoscere nequeat. *l. 18. ff. & l. 1. C. de Jurisd. l. 7. C. de Episcop. audient. c. 18. de for. comp. c. 40. de offic. delegat.* sive ex voluntate expressa, *d. c. 18. de for. comp.* vel tacita, ut litis contestatione. *l. 4. C. de Jurisd. c. 4. X. de Except.* aut Reconventione. *Nov. 96. c. 2. c. 1. 2. de mut. petit.* Excellent. Dn. JOAN. STRAUCH. *Antecessor hujus Acad. clarissimus, Patronus & Promotor meus devote semper honorandus, in colleg. Pand. disp. 22.*

XVII.

Voluntaria est, quæ in volentes & consentientes in negotium certum autoritatis & solennitatis causa exercétur. Excell. Dn. STRAUCH. *d. l. in princ.* cui opponitur reliqua Jurisdicendi potestas, quæ in invitos. *l. 83. de V. O. l. 30. C. de Episc. aud.* Licet hanc divisionem negent, arg. *l. 83. ff. de V. O.* S. GENTIL. *de Jurisdict. l. b. 1. & 10. & lib. 3. c. 15.* UMM. *disp. ad Process. 1. th. 1. n. 4.* quos refutat HILLIG. *D. E. 17. comm. 3. lit. a. & c. 8. litt. r. & s.* & Magnific. Dn. PRÆSES, *Patronus & Promotor meus omni observantia perpetim devenerandus. in lect. suis public. ad Decretal. tit. de judic.* Cujus quoque plures actus hic reperiuntur, ac antea in seculari eidem per legis actiones attributi, cum & inibi solius auctoritatis & solennitatis causa & quo actus publica nitantur fide interpositi, HILLIG. *d. l. c. 8. lit. q. r. & u. l.* OBRECHT. *lib. 1. hic. c. 9. n. 16.* & hic autoritas & fides Ecclesiæ ejusque antistitum eo magis attenderetur. *c. 10. de vit. & honest. Cler. l. 13. 14. 28. 29. C. de Episc. aud.*

XIIX.

Civilis cui opponitur criminalis hic circa Clericorum causas versatur qui nimirum in utraque Jurisdictioni Ecclesiasticæ subsunt. HOSTIENS *tit. de judic. in sum. n. 3. t. t. de accus. c. 4. 8. 10. X. de Judic. t. t. X. de crim. Cleric.* Quamvis posterius de Jure Civili primitus ad Curiam secularem spectaret. *l. 33. C. de Episc. & Cler.* ob id quasi à cruore dictam. *can. Synod. Nicenæ.* & post. Jure Novellarum in criminibus Clericorum in partem cognitionis Episcopi assumerentur. *auth. Clericus d. l. 33. C. de Episc. & Cler. N. 83. c. 2. & N. 123. c. 24.* donec partem nacti totum traxerint. *auth. statuimus. C. de E. & C. præt. cc. supr. add. c. 1. de off. ordin. c. un.*

 de Cler.

de Cler. conj. in 6. c. 4. 16. qu. 3. c. 11. 17. qu. 3. de quib. infra. Fori interioris Jurisdictio, seu juxta J. CLARUM *lib. 5. recept. sent. §. fin. qu. 38.* pœnitentialis est ea, quæ ad potestatem internam, seu clavem ligantem, & à solis sacerdotibus ex lege ordinis sui competentem, spectat, INNOC. *in c. 1. de renunc. in 6.* cui opponitur forum exterius, de quo præsens dissertatio. A. FAB. *de Relig. regend. lib. 1. c. 2. n. 4.*

XIX.

Præterea dividunt nonnulli eandem à causa efficienti ulterius in communem seu regularem, & singularem seu irregularem, quæ præter regulas Juris hujus plura irregularia habeat. H. BOCER. *de Jurisdict. c. 3. n. 88.* Item in Realem quæ cum re concessa, ut bonis Ecclesiæ concessis ejusque jurisdictioni sic subjectis, eidem competat, & personalem, quæ simpliciter ossibus personæ inhæreat. Qualem Jurisdictionem Rectorum in Academiis esse; putat Cl. H. HAHN. *in not. ad Wesemb. de Jurisdict. n. 8. in verb. prorog. cui.* & potissimam partem Jurisdictionis Ecclesiasticæ attribuendam esse putarem, exceptis iis, quæ ratione bonorum Ecclesiæ exercentur, quibus scilicet non minus ac secularis aliàs abundat. arg *c. 3. ne mon. vel cler. se temp. immisc. in 6.* L. OHM. *de jur. Episc. th. 19.* Reliquæ divisiones, quarum magnarum congeriem hinc inde cumularunt Dd. & inprimis Cc. de quib. MARANT. *in pr. spec. aur.* recensere supersedemus, dum paucissimæ veras constituant species.

XX.

Cæterum omnes hæ divisiones parum utiles, aut efficaces, nisi easdem concomitaretur imperium, sive idem eo ipso quo potestas Jurisdicendi alicui concessa, simul concessum intelligatur, sive idem postmodo ab eo, qui cognoscendi potentiam alteri mandavit, facta cognitione ad exsequendam sententiam adhibeatur. Imperium illud à Dd. dividitur in merum & mixtum, appellaturq; primum, quod in animadversione in facinorosos & gladii potestate seu summa imperii vi consistit, & à Jurisdictione in specie accepta, plane merum & separatum est. H. DONELL. *17. com. 8. litt. o.* F. DUAR. *1. disp. anniversf. 53.* posterius vero, quod eo ipso quo alicui Jurisdictio concessa, eidem jure magistratus

addi-

additum, & commixtum, & in imperando exsequendoque judicatura positum. R. BACHOV. *ad Tr. disp. 3. vol.1. th.3.* CL. A. VINNIUS *de Jurisdict. c. 7. §. 4.* Sensu magis quam verbis congruis, de quibus R. BACHOV. *ad Wesemb. hic.* & in *πρώτοις n. 6.* MUSCORN. *lib. 1.* M. STEPH. *de Jurisd. lib. 1. c. 5.*

XXI.

Utrumque habet Jurisdictio Ecclesiastica, imprimis apud Romanenses, licet antea turpe æstumarunt Ecclesiastici res seculares exercere, & notio eorundem nulla coercendi munimine fulcita, imo quoad prius procul mansuetudine sua habuerint semper, se in cujuslibet hominis immiscere necem. Nam & merum Imperium exercent, quoad habitum, licet non quoad usum semper. *c. 1. de maj. & obed.* & utut antea sanguinis pœna vix illata, ut patet ex *c. 4 de raptor. c. 10. de judic. c. 6. c. 33. qu. 1. c. 5. & pen. ne Cler. vel Monach c. ult. eod. in 6* etiamsi juste aliàs id fieret. ABB. *in d c. 5.* excepto casu *c. 13. c. 17. qu. 4.* aut si inferenda, curiæ seculari fuerit tradita. *c. 1 de calumn. c. 4. dist. 77. c. 2. de maled. c. 20. c. 23. q. 5. c. 2. de Cler. excomm.* nihilominus & pleræque coercitiones speciem meri imperii sapiunt. *d c. 4. de rapt. c. 3. 4. & 5. X. de pœn. in 6. El. de hæret. c. 1.* & pœnas illas quarum mentio fit, *c. 11. de Priv. & excess. c. 20. de V. S. c. 9. dist. 35. c. 2 de pœn. in 6.* non modo in desuetudinem abiisse asserit J. STEPH. *de Jurisd. Eccl. c 7. n. 27. & inst. Jur. Can. lib. 4.* sed & hodie criminaliter à Jurisd. Eccl. puniri, testantur. T. DECIAN. *tr. crimin. lib. 6. tom. 2. c. 29.* BAJARD. *ad J. Clar. qu. 30. n. 25.* GUAZZIN. *defens. reor. 1. c. 33.*

XXII.

Mixtum quod attinet imperium, minus habet dubii, sic enim eidem concessa levior aliqualis pœna & censura, ut removendi ab officio. *c. 5. caus. 2. qu. 5. c. 29. dist. 80. c. 9. dist. 28.* tradendi ad carceres. *c quem. de pœn. in 6.* cognitio de vulneratione Clerici. *c. 29. c. 17. qu. 4.* mulctas leviores dicendi. *c. 17. c. 17. qu. 4.* Et idem quoad hoc obtineri non tamen quoad merum, in terris Protestantium, & inibi ea, quæ admixtum imperium aliàs referenda, Jurisdictioni Ecclesiasticæ attribui asserunt T. PAURM. *d. l. lib. 1. c. 1. n 14.* T. MICH *de Jurisdict. th. 70.* Magnif Dn. CARPZ. *Jurispr. Eccles lib. 3. def. 5. 72 81. 82. junct. Ord. Prov. Elect. Sax. de an. 1555. &*

Eccl. Sax. c. 10. §. denn ob wohl. Ut omittamus Excommunicationem & Bannum Ecclesiasticum, in quo instar gladii secularis summum & merum Ecclesiæ consistit imperium, quod tamen cum foro interiori *supr. th. 18.* Theologis discutiendum relinquo. HIMMEL. *disp. de nat. Eccl. concl. 205.* T. REINKING. *de R. S. & E. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 1.*

XXIII.

Causa efficiens est vel remota vel propinqua. Remota Deus ter opt. maxum. omnis juris & sic Jurisdictionis fons & origo. PAUL. *Epist. ad Rom. 13. v. 10.* INNOC. *in c. 3. de off. ordin.* Ad propinquam referunt Dd. vulgariter, Legem, Populum, Principem, imo Consuetudinem & Præscriptionem, WESENB. *in Pand. hic. n. 9.* OBRECHT. *hic. l. 2. n. 1. n. 4.* Quæ omnes tamen non modo species haut æquales; sed & plane diversæ, & causa efficiens cum modis acquirendi perperam confusa. Cl. H. HAHN. *ad Wesenb. hic. n. 9.* præsertim cum Lex ipsa non possit dici causa legis, BACHOV. *ad Wesenb. eod.* Igitur cum d. BACH. ejusque discipulo SUTH. *de Jurisd. aph. 186.* & HAHN. *d. l.* statuenda potius causa efficiens, illa in quavis Republica potestas, quæ principem locum obtinet, uno verbo Majestas. *l fin C de LL.* Cui nimirum & inter cœtera hæc Jurisdicundi potestas, virtualiter inhæret, à qua cum aliis juribus formaliter quoque in magistratus ei subjectos derivatur, *l. 1. ff. ad L. Jul. de amb.* VULTEJ. *Jurispr. Rom. lib. 1. c. 12. & 13.*

XXIV.

Atque sic Majestati competit quidem virtualiter Jurisdictio seu effective, sed residet formaliter in instrumento ejusdem, quod magistratus. supr. Excell Dn. J. STRAUCH. *in coll. Pandect. d. disp. 22.* Idem magistratus, cum facultate hac jus dicendi gaudeat ex concessione, accipit postmodo qualitates adjacentes & plus latiusque aliquid, ab aliis non magistratubus *l. 14. 18. ff. de Jurisdict.* vel lege, vel consensu, aut ab aliis æque magistratibus, præscriptione. non tamen consuetudine juxta WESENB. nî ea velit cum præscriptione confundi. A. KNICH. *de jur. territ. c. 3. n. 113.* Dn. HAHN. *hic. n. 9. in verb. consuet.* ubi in specie ad notab. contrarium *c. 4. X. de arbitr.* respondet. Idque adhuc

nostro

noſtro tempore potiſſimum, quo Jurisdictio patrimonialis facta. Quo reſpectu, & quia Jurisdictio hodie ad magiſtratum non ut antea adſtricta eſt, & in majeſtate non virtualiter ſed & formaliter Jurisdictionem eſſe, dici poſſe aſſerit Dn. HAHN. *d. l. n. 9.*

XXV.

Et quia cujuslibet ſummæ poteſtatis interſit, ne ex Religione Reſpublica detrimentum capiat, præſertim cum ſua ſuorumque ſalus in eâ verſetur. LACTANT. *de ira c. 12.* ita vi ſuperioritatis ſibi à Deo conceſſæ PAUL. *Ep. Rom. 13. v. 4. 5.* & utriusque tabulæ cuſtodiam ſuſcipit. *2. Chron. 15. v. 12.* Quemadmodum & jus Sacrorum inter partes τ͂ *κυρίας*, non modo ab initio omnes habuere Principes, aut res qui rerum potiti. OROS. *lib. 4. c. 6.* HALYCARN *lib. 2. antiqu. Rom.* XENOPH. *lib. 8. de Inſt. Cyr. l. 1. de J. & J.* ſed & poſt Chriſtiani Principes ſemper tenuerunt H. GROT. *in or. ad Sen. Amſtel. & lib. de jur. imper. circ. ſacr.* M. ANT. de DOM. *d. l. 6 c. 45.* J. GERH. *de magiſtr. Polit.* Cum juxta AUGUSTIN. *contr. Creſcon. lib. 3. c. 5.* DEO non ſolum in iis quæ ad humanam ſocietatem ſed & divinam Religionem pertinent, inſerviant, ſintque nutritii Eccleſiæ, defenſoresque, M. ANT. de DOM. *de Rep. Eccl. lib. 5. c. 2. n. 58. & c. 3. n. 33.*

XXVI.

Non equidem ut eam adminiſtrationem ſacram ſuſcipiant, quæ ſalutem animæ ex parte cauſæ inſtrumentalis vivæ producat, & in qua Princeps alio nihil major. *c. 21. c. 23. qu. 1.* H. GROT. *d. jur. imper. circ. ſacr. c. 6. & diſſ. de jur. magiſtr. in Eccl.* SELD. *in conſ. ad Ferdin. I.* LUD. de MONTESP. *adv. Bull. Innoc. X. probl. 1. n. 101.* ſed ut eandem mediantibus internis, directione ſua externa promoveant, & in iis, quæ objective ad Eccleſiam ſpectant, imperium ſuum & auxilium interponant. M. GOLDAST. *in præf. tom. 3 Conſt. Imper.* N. VEDEL. *in Epiſc. Conſt. Magn. qu. 1.* ALMAYN. *de autor. Eccl.* Magnific. Dn. CARPZOV. *ad L. Reg. c. 3. n. 21.* Quæ poteſtas tamen non minus intuitu finis & objecti. d. N. VEDEL. RIVET. *in Decal.* & PAREUS *Comm. ad Ep. ad Rom. 13.* aut juxta GROT. *de jur. imper. circ. ſacr. c. 2.* à modo eſſendi Eccleſiaſtica appellanda, imo & late ſpiritualis. N. VEDEL. *d. l. qu. 2.*

XXVII.

XXVII.

Testantur eadem plurima S. Patrum loca, quas longa serie adducunt N. VEDEL. *d.l. de Episc. Const. Magn.* J. GERHARD. *de magistr. Polit.* & in Jure Canonico *c.16. dist. 96 c. 20. 26. caus. 23. qu. 5.* GOLDAST. *in Monarch. Rom.* PH. MORNÆUS *de iniqu. Papæ.* ARNIS. *de Exemt. Cler. c. 3.* MARS. PATAV. *in defens. Pac. p. 2. c. 4.* & præterea tot ubique in historiis exempla, Principis semper Religionem suæ curæ seposuisse. J. CASAUB. *ad Sueton. Aug. c. 31.* J. GUTHER. *de vet. jur. Pontif.* Cl. CONRING. *de concil. it. de const. Episc. Germ.* H. SAVIL. *ad Agric. Taciti c. 11.* Adeo ut & Christiani postea Imperatores ad Gratianum usque sibi adhuc Pontificatus attribuerent titulum. ZOSIM. *lib. 4.* Cui quidem fidem derogare intendit J. GOTHOFR. *in Ep. de interd. Christ. Comm. cum Gentil.* sed vix creberrimis inscriptionibus & aliis documentis, quæ contra eundem congessit Clarissimus Dn. J A. BOSIUS *Professor hic celeberr. Fautor singulariter honorandus, in disp. de Pontif. Christian. Imper.*

XXVIII.

Sed utut quoque nomen gentile remiserint Principes Christiani, vim retinuere, tanquam juxta SOCRAT. *lib. 5. hist. Eccl.* ἐπίσκοποι ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένοι *verba* CONSTANT. MAGN. *apud* EUSEB. *lib. 4 c. 24.* Conferantur *c. 1. dist. 21. c. 9. dist 10. c. 20. c. 23. qu. 5.* & *Nov. 3. in fin.* in qua JUSTINIAN. non minorem curam eorum, quæ sacris Ecclesiis prosunt, profitetur, ac ipsius animæ. Et videre est in C. THEODOS. & JUSTINIANÆO, ubi integri de his rebus tituli exstant & imprimis in posteriori. *t. t. de S. S Eccl. de heret. de E. & C. l. ult. de feriis. ne sacr. baptism. iter Nov. 3. 5 6. 7. 40. 42. 46. 56. 57. 83. 86. 115 c. 3. 117. 123. c. 1.* (quod GRATIAN *in c. nullus. 11. qu. 1.* penitus repetit, excepto verbo *invitus*) *Nov. 131. c. 1. 132. 133.* Novell. LEON. *1. 2. 3 usque ad 10. 53. 54. 86. 87.* A. ENGELBR *de Jurisd. th. 79.* M. ANT. de DOM. *d. l 6 c. 6. n 39. & c. 9.* Et post Constitutio LUDOVICI IV. ALB. de ROSAT. *in l 3. C. de quadr. præs* Capitula ANDEGISI. Cl CONR. *de Const Episc. Germ. th. 22.*

XXIX.

Præterea Imperatores & Reges concilia propria autoritate indi-

Indixisse, præter SOZOM. *lib. 1. c. 16.* EUSEB. *lib. 3. c. 6.* SOCR. *lib. 5. c. 8.* EVAGR. *lib. 1. c. 2. & 3.* NICEPH. *lib. 8. c. 4. lib. 12. c. 18. lib. 14. c. 31.* fatetur ipsemet Papa GELASIUS in *c. 1. 2. 3. dist. 15. c. 25. dist. 63. c. 1. dist. 96.* Item *N. Just. 42. l. 8. §. 13. C. de S. S. Tr. l. 8. C. de haeret.* & pluribus RECESS. IMP. *de anno 1524. 1525.* §. wir haben. *de an. 1526.* §. und erstl. *29. 30.* §. und dieweil. *de an. 1544. 48. 51. junct. c. 13. dist. 18. c. 31. c. 16. qu. 7. c. 39. c. 23. qu. 4. & c. 44. c. 23. qu. 5. c. 3. dist. 15.* imprimis *c. 41. caus. 2. qu. 2.* Insimul & sacrorum antistites creaverunt celebr. *c. 21. dist. 63. & c. 9. 16. 17. 18. 22. 23. eod.* Const. FRIDER. *de pac. tenend. §. convent.* De quibus omnibus & primo quidem pluribus WITAK. *de concil. c. 2. 3.* S. GESNER. *de iud. lib. 3. c. 12. 13. 19.* Idem CUSAN. *lib. 3. c. 16.* PETR. à MONT. *lib. 2. c. 2. &* LUBERT. *de iud. lib. 5. c. 6.* BESOLD. *de maj. sect. 2. n. 5.* de posteriori vero PAPÆB. *de Zel. vel Princip. c. 8.* BALDV. *de praec. Imp.* MARSIL. *def. pac. per tot.* ANT. de ROSELL. *de pot. Pap.*

XXX.

Atqui eandem sententiam defendunt præter supra allegatos, non modo omnes qui protestantium aut reformatarum Ecclesiarum dicuntur, ut ARNIS. *de jur. maj. c. 16. & de exemt. Cler.* F. HORTL. *de bell. germ. lib. 1. c. 38.* J. GERH. *de mag. secul.* M. GOLDAST. politicor. juxta GROT. *de jur. imp. circ. sacr. c. 1.* antesignanus, *tom. 1. & 3. Const. Imp. & in tr. de Monarch.* & idem GROT. *d. l. & de piet. ord. Holl.* PARKER. *de Pol. Eccl.* PAREUS *de jur. pr. contr. Pap.* H. CONR. *de const. Ep. Germ. th. 22. & de jud. Germ. th. 68.* J. & M. STEPH. *d. l.* sed & è Pontificiis. Ut inter Germanos, SELD. *Cons. ad Imp. Ferdin. I.* Ungaros, de DOMIN. *de Rep. Eccl.* Gallos, DUAR. *de benef. Eccl. lib. 1.* DAN. CHAM. *de Oecum. Pontif. lib. 5.* N. BOER. *decis. 32. 69. 297.* P. GREG. *in synt. l. 12. p. 2. c. 7. 8.* P. & C. MOLINÆI. *in consu. Paris. de non rec. conc. Trid. §. 6. & de abus. Pap.* Hispanos, VASQU. *all. contr. 1. 22.* COVARR. *p. 2. rel. §. 10. n. 6.* Italos, BALD. ALCIATUS. &c.

XXXI.

Coeterum ex mente eorum qui Pontificibus adhærent causa efficiens Jurisdictionis Ecclesiasticæ est Episcopus, *c. 10. dist. 96. c. 10. de renunc. c. 17. caus. 9. qu. 3. c. un. de maj. & obed. c. 17.*

C   *Elect.*

Elect. in 6. Et quidem juxta Romanenses & potissimos Pontificiorum, Episcopus Ecclesiæ Romanæ, quæ veluti caput in corpore, in qua sola plenitudo potestatis existit, & ad cœteras pars aliqua duntaxat derivatur. *c. 5. dist. 99.* Omnium Ecclesiarum magistra. *c. 5. §. pen. de pæn. in 6. c. 2. dist. 22. c. 15. c. 24. qu. 1. c. 3. dist. 21.* & cui parere quælibet altera *c. 2. 3. 4. de transl. Episcop.* vel sub æternæ salutis necessitudine debeat. *c. un. Extravag. com. de jud. c. 3. dist. 15. c. 2. dist. 12.* Quæ habet & materialem & spiritualem gladium, cui resistens, Deo resistat, cum scriptum in principio creavit Deus &c. & non in principiis. BONIFAC. VIII. *in d. c. un. de maj. & ob.* Cujusmodi apta illatio quoque MART. est *de Jurisd. p. 1. c. 10.* ex eo quod CHRISTUS Petro navem in altum deducere jusserit, successoribus ejusdem prioritatem adstrui. Et quæ plura *c. 7. dist. 21. c. 6. dist. 40. c. sac. 11. qu. 1. c. 13. c. 2. qu. 7. de Cl. 2. de sent. & re jud.* HORTL. *d. l. 1. c. 47. n. 20.* L. BANK *de Tyr. Pap. in pr.*

XXXII.

Quo jure id fiat Deus scit: Ex ALBER. *de jurum.* CORAS. *in præl. ad l. 10. de jurej.* Cœterum autoritatem Pontificum hominum maxime constare opinione asserit, *Episcopus Nucerinus*, P. JOV. *lib. 2. histor.* quam nullus paulo eruditior saniorque sit affirmaturus. DUAR. *d. l. lib. 1. c. 4.* Ea nimirum fecit, ut Roma caput Imperii quondam, & post hierarchiæ crederetur *c. 2. dist. 22.* nec minus fictus Divi PETRI & PAULI inibi Episcopatus, qui Romanis præ aliis proprio suo chirographo (bella interpretatio!) benedictionem pollicetur, *d. dist. 22. c. 5. dist. 99. c. 15. 24. q. 1. c. 3. 4. de Elect.* & fictæ Pontificum Epistolæ, quibus eadem fere ac Apostolorum scriptis autoritas attributa, D. BLONDELL. *in Pseudo Isid.* H. CONR. *de jur. Germ. c. 16. & de Consf. Ep. Germ. th. 49.* apud rudem & simplicem plebem calculum addidere. Præsertim cum Sylvester, qui antecessore suo prudentior grandiores pisces capere poterat. JCt. *Westph. de jure Princ. th. 18.* ementita illa donatione CONST. M. longo conatui potentiam jungeret *c. 13. 14. dist. 96.* Palea equidem, sed multum grani Romanæ Ecclesiæ afferens. EBERH. à MIDDELB. *in Top. Jur. à verosi. n. 16.*

XXXIII

XXXIII.

Utcunque fere sub specie juris, certe tamen nequaquam ex mente & modestia veterum Canonum. Ex quibus qui primatum in terris desiderat, inveniet confusionem in cœlis. *c. 12. dist. 40.* itemq; veterum Pontificum, ut GREGORII. *c. Ecce. dist. 99. & lib. 7. Ep. 36.* qui abesse abesse vult superbam τοῦ οἰκουμένου appellationem, quæ vanitatem inflaret, & charitatem minueret non modo, sed & in mortem se alicujus nunquam immiscere *c. 20. c. 23. qu. 8.* aut terrenis negotiis operam dare *c. 8. dist. 88. de jud.* & NICOLAI Papæ *c. 8. dist. 10. c. 4. 5. 6. dist. 96. c. 28. 11. qu. 1. c. 6. de maj. & obed. c. 6. c. 11 dist. 96. c. 1. dist. 97. c. 5. 7. c. 12. qu. 1. c. 7. qu fil. fin legit.* fatente ipsomet BARON. *histor. Eccl. tom. 5. ann. 4 0. n. 83.* Sed ridentibus cum PAUL. III. referente P. PYTHOOEO *ad discurs. F. Quicciardini de secul. potest. orig. in Eccl. Rom.* plurimis Pontificibus, quòd nonnulli potestatem eis à CHRISTO concessam tam anxie petant, quærantque, quam castellis, urbibus, armisque experirentur munitam.

XXXIV.

Patet igitur ex diversis his præsuppositis principiis dissertationem nostram dupliciter insimul esse instituendam, tam quod in præsenti materia Jus Pontificium introduxit, quam quod orthodoxa Religio; aut quæ ei hac in parte adstipulantur, asserunt. Ex quibus cum Pontifices ad potentiam suam stabiliendam, plura sibi arrogaverint, ac in nostris ditionibus adhuc solet exerceri, ita eadem prius explicanda esse, existumavi, quo postmodo eo melius desuetudo eorundem & jus circa sacra principibus jure postliminii quasi redditum noscatur. In quibus tamen nostræ disquisitionis non facimus ea, quæ ex directione interna & influxu præternaturali Ecclesiæ propria, & formaliter quoque Jurisdictionis Ecclesiasticæ unice esse, inque ejusdem ministros ἀρχιτεκτονικῶς & illuminative diffundi statuunt. GERS. *de autor. Eccl. consf. 2.* B. MEISN. *de Reg. Eccl. lib. 1.* Dn. HULSEM. *brev. Theol. c. 19 th. 18.*

XXXV.

SUBJECTUM in utraque parte, seu materia in qua, Personæ

ſonæ & diœceſis, *Clem. 2. de Elect. c. 13. de for. comp. c. 3. de priv. & Exceſſ. c. 3. de probat. c. 4. 5 6. c 3. qu. 6.* item παϱοικίαι ſeu παϱοχίαι quaſi ædes ſacræ & diſperſæ multorum habitationes. J. STEPH. *de Jurisd. Eccl. lib. 4. c. 1. & c. 5. n. 44.* F. DUAR. *de benef. Eccl. lib. 1. c. 4.* In quibus unicuique ſui attributi termini, & jus ſuum proprium. *c. 1. c. 13. qu. 1. c. bona 12. qu. 2. c. 9. de donat.* Autore DIONYS. Papa circa annum à CHRISTO nato 177. juxta CAMPEG. *de reſid. Epiſc.* & DUAR. *d. l. c. 7.* Non territorium tamen, quamvis & improprie ita dicantur *in Clem. 2 de Elect.* cum ſub hoc nomine ille dominii diſtrictus denotetur, in quo aliquis terrendi poteſtatem obtineat. *l. 239. de V. S.* ibiq. A. ALCIAT. & GOEDD. S. FORCATUL. *dial. 73.* AND. KNICH. *de jur. territ. c. 1. & de jur. Sax. non prov. c. 4. n. 69.*

XXXVI.

Ratio hujus denominationis, modeſtia primitivæ Eccleſiæ, quæ eo ipſo denotare voluit ſe omni terrendi poteſtate carere. M. STEPH. *de jur. publ. Eccl. diſc. 14.* J. STEPH. *d. l.* Cujus intuitu inſimul non leges, auſa fuit promulgare, ſed canones & διατάξεις, quaſi ſine ullius ſuperioritatis reſpectu, ex ſola contemplatione Religione Chriſtianæ dirigentes fideles, non cogentes. SOZOM. *l. 1. hiſtor.* DUAR. *d. l.* GU. APOLLON. *de jur. maj. circ ſacr. p. ult. c. 9. in pr.* Quæ diœceſes attamen hâc tempeſtate, qua Epiſcopi plerique temporalia dominia poſſident, plerumq; eorum territoriis ſecularibus conformes. A. KNICH. *de ſub. terr. jur.* Idque in terris orthodoxæ Religionis minus habere dubii, & ab eo, quo Jurisdictio Eccleſiaſtica *vi Pac. Relig. de anno 1555.* in ſtatubus Proteſtantium ſuſpenſa, eam qualitati territorii conformem eſſe, teſtantur ROSACORB. *pr. Obſ. c. 3. n. 15.* BERTR. *de pac. Rel. concl 65.* & A. BENB. de GODENT. *de eand. p. 2. c. 15.*

XXXVII.

PERSONÆ ſunt magiſtratus, quibus hæc poteſtas jus circa ſacra dicendi conceſſa, ſeu ex mente Pontificiorum à Pontifice, ſeu ex mente noſtratium ab eo, qui principem locum in Republica obtinet. Ex iiſdem potiſſimus de jure Pontificio, eſt

Epiſco-

Episcopus, *c. 2. dist. 59. & c. 1. dist. 77.* celebr. *c. cleros, dist. 21.* ita ab officio suo, quod est populi infra se positi mores speculari, & ἐπισκοπεῖν appellatus ACTOR. *1. v. 20. d. c. cler.* Quales apud Romanos inspectores Provinciarum CIC *lib. 7. Ep. ad Attic. & Tuscul. quæst. 1. Ep. 10.* ædiles curiales *l. 18. §. Episc. de mun. & honor.* DIO. CASS. *lib. 43.* & apud Græcos ἐπίσκοποι τῆς χώρας POSTELL. *de magistr. Ath. c. 18.* COEL. RHODING. *lect. antiqu. lib. 10. c. 4.* L. ÖHM. *de jur. Episc. th. 2.*

XXXIIX.

Quemadmodum & omnes Ecclesiasticæ dignitates in hoc titulo comprehensæ. CONC. *Agath. c. 35. d. c. dist. 77.* ABB *in c. 4. de cler. ægr. & c. 2. n. 56. de jud* junct. *c. 5. dist. 63. & c. 4. dist. 95. c. 6. de crim. fals.* nec modo omnibus Episcopis æqualem in spiritualibus competiisse, & adhuc competere potestatem contra hierarchiæ propugnatores R. BELLARM. I. *de Terr. Crem. lib. 2. de Eccl. c. 3.* & SANDER. pluribus defendit, & in toto suo opere, id unice fere intendit, crebro allegatus ArchiEpiscopus Spalatensis *d. l. lib. 1. c. 1 n.* 50. *lib. 2. c. 3. n. 33. & lib 4. c. 5. 6. 7.* B. MEIN. *de R. E. th. 295.* sed & eosdem modo Presbyteros, modo Episcopos appellatos fuisse, quò minus hoc nomine potentia aliqua denotaretur, sed saltem veneratio, quam quilibet facile attribuit iis, quos ipsa senectus venerabiles reddit, deducunt ISIOD. *de offic. Eccl. lib. 2. c. 7.* DUAR. *d. l. c. 7.* ECKH. *de ord. Eccl. & polit.* WaloMessalinus seu SALMAS. *de Ep. & Presb. c. 6.* Adeo ut arg. ACTOR. *20. v. 17. junct. v. 28.* contrarium asserens, tanquam fatuus fatua loquatur. *c. 24. dist. 93.*

XXXIX.

Verum id olim antequam instinctu malo studia in Ecclesia orirentur, & unus diceret, ego sum Paulus ego Cephas. *c. 5. dist. 95.* Quippe auctis paulisper communibus opibus, auctæ & singulorum dignitates. Et Episcopi non solum præpositi Præsbyteris *c. 7. c. 16 qu. 1.* EUSEB. *hist. Eccl. lib. 6. c. 33. & hist. trip. lib. 4. c. 2.* sed & λιτουργίαν & munus eorum διδασκαλικόν juxta J. STEPH. *d. l. 4 c. 4. n. 7.* alii dignitatum gradus penitus sustulerunt. Factum enim ut juxta locorum temporalium prærogativam

 tivam

tivam & Episcopi, qui iis præerant, ambirent præeminentiam, cum primates Gentiles (bona inductio) similem inibi tenuissent *c. 1. dist. 80.* Igitur in locum ArchiFlaminum, ArchiEpiscopi, *c 2. dist. 80. c. 1. dist. 98.* & in locum Flaminum, Episcopi, *l. 36. C. de Ep. & Cl.* Prothoflaminum, instituti Metrapolitæ, *c. 1. dist. 90.* & qui iis locis sacris præerant, ubi Cæsarum sedes, ab exemplo & Patriarchæ nomen dignitatemque ambiebant. W. LAZ. *lib. 1. de Rep. Rom. c. 2.* BEROS *lib. 11.* CASSIOD *lib. 3.* CONC. NICEN. *c. 6.*

XL.

Ordinem hunc hierarchiæ sacræ diversimode proferunt Canones, & qui eosdem interpretati. In quibus non modo Ecclesia Romana à Græca quoad dignitatum gradus differt, CRUS. *Turcogr. lib. 2. p m. 195.* SOT. *de J. & J. tit. 9. qu. 1.* LANCELL. *in templ. omn. judic. lib. 2. c. 2. n. 2.* PAURM. *de Jurisd lib. 2. c. 8. n. 2.* sed in eadem de gradubus hujusmodi plene non constat. Nam & Patriarchas LANCELL. *d. l.* Cardinalibus proponit, quos FELIN. *in rubr. de maj. & obed.* iisdem subjicit, nec minus sub Patriarchis & Primates comprehendunt. *c. 1. 2. 3. dist. 99. c. 8. c. 9. qu. 3.* inter quos tamen postea differentiam volunt *c. 7. c. 9 qu. 3 & c. 3. c. 9. qu. 2.* Itidem eos ArchiEpiscopis adæquat, *d. c 3.* quos postea intermedios interPatriarch. & ArchiE. ponunt. SPECUL. *in tit. de dispens. §. sunt.* COVARR. *var. res. tit. 4. tom. 2.* Adeo ut vix hac in re certi constitui tituli possint. DUAR. *de benef. Eccl. lib. 1. c. 9.*

XLI.

In ea discrepantia prælectionem Magnifici Dn. PRÆSIDIS *ad tit. de qu. & ord. præficiend.* sequar. In quâ majorum ordinum Clericos in quatuor dividit partes, 1. Subdiaconum. 2. Diaconum. 3. Presbyterum, & 4. Episcopum. Hunc que iterum 1. in simplicem. 2. Metrapolitam. 3. ArchiEpiscopum, & 4. Patriarcham. Celebris *c. cleros. dist. 21. c. 5. de purg can.* Sic ut Episcopus suo subsit Metrapolitano, hic ArchiEpiscopo, & ille primati postmodo, aut Patriarchæ, *c. 1. de off. deleg. c. 9. 11. 12. de off. ordin. c. 1. de for. comp. c. 6. c. 10. qu. 3. c. 62. 65. de appell. c. 3. eod. in 6. c. un. 4. qu. 5. c. fin. 5. qu. 2.* Et e contrario Episcopus per gradus inferiorum ordinum ad tale dignitatis culmen ascendat *c. 1. & seqq. dist. 77.* junct. *c. 5. dist. 63.* quo concors ubique con-

contextio fieret, & omnia *κατὰ τάξιν* procederent, *c. 7. dist. 89.* Cujus respectu & nostrates Canonicam politiam non penitus improbant. CONFESS. AUGUST. *hic.* ibiq; MENZ. & CHEMN.

XLII.

Inter Patriarchas, (quorum quatuor modo primitus agnovit Ecclesia, *c. 23. de privil.* quia tum temporis non plures regiae civitates. Cl. CONR. *de const. Episc. th. 16.* usque dum seculo 4. accessit Constantinopolitanus) & metropoleon primatus, & Ecclesiarum cujuslibet ordinis dignitates Ecclesia instituit Romana, quam ex mente NICOLAI. *c. 1. 2. dist. 22.* ille solus fundavit, qui beato aeternae vitae clavigero terreni simul & coelestis imperii jura commisit, cui qui resistat, fidem violat, & appellandus haereticus. Quae omnia pluribus repetunt sequentes. *in Cl. 2. de sent. & rejud. c. 1. de tr. & pac. c. 1. de consu. c. 3. de Elect. c. 15. 24. qu. 1. c. 1. Extrao. de maj. & obed. c. 1. de emt. & vend. c. 1. de praeb. eod* Non equidem ex mente antecessorum GREGORII. *c. 45.* & PELAGII *c. 4. dist. 9.* nec quoque ex ipso SALVATORE ut gloriatur ANACLETUS *in d. c. 2. dist. 22.* qui locus plagio non caret, diductus ex Concilio Romano 1. annis post Anacl. 169. celebrato. à D. BLONDELL. Excell. Dn. J. STRAUCH. *in disp. de stat. Eccl. sup. sec. c. 1. th. 4.* Cl. CONR. *de const. Ep. th. 49.*

XLIII.

Neque etiam ex jure aliquo positivo, Nam quamvis ex Novellis Justiniani ad idem stabiliendum adducatur. *N. 11. 123.* & maxume *Nov. 131. & 23.* attamen & eaedem & potissimum *d. 131.* plerisque adhuc suspecta. DUAR. *de benef. lib. 1. c. 10.* nec in Graeco Codice *τῶν νεαρῶν* reperitur, & si quid adhuc importarent eae, primatus sessionis Romano attribueretur, non imperii, quo & tendunt *c. 3. & c. 5 dist. 99.* Acriter licet sese in utroque opponente CNSTPLITANO, tanquam novae Romae Patriarcha, vetere in nullis minoris. NICEPH. *lib. 17.* J. STEPH. *d. l. 4. c. 5. n 5.* donec idem in partes adsumtus. M. A. de DOM. *d. l 4. c. 7. n. 11.* ZONAR *tom. 3. ann. Syn. Const.* sed mox dejectus. NICEPH. *d. l.* sed iis artibus, quas supr. th. 32 adduximus, quibus & à BONIFAC. ad LEON X. lubrico licet pede Pontifices inmisi, CLUT *syll.*

rer.

rer. quotid th. 11. TH. LANS. *in conf. contr. Ital.* & adhuc minus ſtabili his temporibus innituntur. VEN. de VALENT. *Parth. litig. lib. 1. c. 6. n. 16.*

XLIV.

Præterea minores ſubſellii Patriarchas in Italia Aquilejenſem, & Mediolanenſem. In Regno Galliæ orientali ſeu Arelatenſi, Trevirenſem, occidentali, Biturcicenſem, juxta P. GREGOR. *Synt. jur. lib. 15. c. 10.* aut M. A. de DOM. *lib. 3. c. 10. n. 43.* Lugdunenſem. In Hiſpania, Toletanum. Anglia, Cantuarenſem. Hungaria, Strigonenſem. Polonia, & Ruſſia, Vilnenſem. Suecia, Lundenſem recenſet INNOC. *3. lib. 1. Ep. 419.* & in Imperio R. German. Magdeburgenſem. L. ÖH M. *de jur. Epiſc. th. 13. litt. E.* Dn. WEB. *de jur. Conſiſtor. c. 3.* Cui poſteriori contra *c. 6. c. 2. qu. 6. c. 7. 45. de appell.* OTTO II. Rom. Imp. circa annum 986. adhuc addidit, ut omnes cauſæ Eccleſiaſticæ eo à cæteris Epiſcopatubus per Appellationem devolverentur, ne à Rota Romana Germania pecunia emungeretur. WOLF. *lect. mem. 4. tom. 2. p. m. 564.* SCHRAD. *vol. 1. conſ. 4. n. 265.* quod tamen eadem multis modis refellere ſed in caſſum conata. M. STEPH. *de Jurisd. lib. 3 c. 7. n. 34.*

XLV.

Poteſtas tamen eorum, qua omnes in genere dicuntur Epiſcopi *d. c. cleros.* juxta Cc. in tribus conſiſtit, nimirum iis, quæ ſunt ordinis, *c. 2. diſt. 21. c. 2. diſt. 22. c. 3. diſt. 36. & c. 2. diſt. 66.* 2. quæ legis diœceſanæ, *c. 4. de reſt. ſpol. c. 15. de praeſcr.* & 3. Juriſdictionis. *c. 3. 6. diſt. 88. c. 16. 18. de off. jud. ordin. c. 1. de ſtat. monach. c. 22. de ſtat. reg.* M. STEPH. *d. l. 3 p. 1. c. 6.* quibus L. ÖH M. *d. l. th. 15.* quem ſequitur WEB. *d. l.* addit 4. quæ in jure ſtatus & dignitates. *c. 16. de off. ordin.* DURAND. *de Jurisdict. c. 5.* ANT. de BUTR. *conſ. 19.* FEL. & ABB. *in d. c. 16. & 18. eod.* Quamvis diſtinctionis hujus præcepta & attributa vix recte dari poſſe aſſerat CUCH. *lib. 2. inſt. maj. tit. 6. n. 28.* & inter legem Juriſdictionis & legem diœceſanam differentiam negent. PANORM & ABB. *in d. c. 18.* & invariabilem hujus rei doctrinam non aliter demonſtrari poſſe, ac per exempla, tradant INNOC. *in c. 1. de ſtat. monach.* ANCHOR. *in d. c. 18.*

XLVI.

XLVI.

Ordinis esse dicuntur ea, quæ cooperante Spiritu Sancto ex vi ordinationis seu consecrationis suæ Episcopus habet, ad consecrandas & ordinandas res & personas Ecclesiasticas. *c. 1. de suppl. negl. prel. c. fin. de sacr. non reiter.* Cujus causa & à Pontificibus Sacramentum, à GROTIO *de Jur. Imp. circ. sacr. c. 11.* actus, qui unice Episcopo proprius, appellitatur. Veluti Ecclesiasticas personas. *c. 4. dist. 68.* Ecclesias & res sacras consecrandi. *c. 9. 13. de consecr. dist. 1. c. 7. c. 16. qu. 1. 2. 5. de relig. dom.* Absolvendi & condemnandi. *c. 4. de rest. c. 9. d. c. 6. qu. 1.* Sacramenta administrandi. *c. 11. de cons. dist. 1.* Benedicendi. *c. 3. c. 26. qu. 6.* & quæ plura. *c. 15. de off. ordin. c. 4. de jure patr. c. 1. dist. 25. N. 5.* P. GREG. *d. l. lib. 5. c. 12.* R. VENAT. *lib. 1. anal. jur. Pontif. tit. 6.* HONOR. *in Decr. d. temp. & qu. ord. n. 3.* Quæ omnia hic latius exsequi, nostræ non est materiæ.

XLVII.

Ad legem diœcesanam spectat omne jus, quod ratione suæ diœceseos Episcopus ad Ecclesiæ conservationem exercet. *c. 12. de præscr.* veluti Perceptio Synodatici *c. 1. de cens. in 6. c. 4. 5. c. 10. qu. 3.* Enthroniastici *N. 123.* Portionis decumarum *1. 2. de cens. c. 4. de præscr. c. 14. 15. de testam.* Funeralium, *c. 1. 2. c. 16. qu. 1.* Cathedratici *c. 5. c. 18. qu. 2.* Dispositio bonorum Ecclesiæ. *c. 2. 3. 4. 5. c. 10. qu. 1. c. 22. 24. c. 12. qu. 1.* Visitatio. *c. 1. de cens. in 6. c. 7. de donat.* Aut. das bedenck. von Kirchenw. ap. HORTL. *lib. 5. c. 8. n. 24.* Synodos convocandi. *c. fin. dist. 18. c. sicut de accus.* Item Cancellariatus in Academiis, & jus honores inibi conferendi. *Cl. 2. de magistr.* E. COTHM. *resp. Acad. 1.* In quo posteriori majori sane potestate ac Electores aut cæteri Principes gaudent, cum præter τὰ ἱεροπολικὰ & cum Feudis Regalibus plurimis ἀντεξουσιαστικὰ & Imperatoria reservata possideant. M. STEPH. *d. l. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 67. & de jur. publ. Eccl. disc. 3.*

XLVIII.

Ad Jurisdictionem, de quâ præsens dissertatio, referunt Cc. reliqua, quæ leges Diœcesanæ in canonibus esse non reperiuntur, & in controversiarum cognitione, cognitique competente executione occupata. *c. 5. 10. de for. comp. c. 7. de off. ord. in 6.*

c. fin. ne Cler. vel monach. in 6. Veluti controversiæ de articulis fidei, *c. 2. de Jud.* & causis, nec non personis Ecclesiasticis, *c. 7. de off. ord. in 6. c. 10. c. 16. qu. 7. c. 15. de Elect.* eorumque abolitione & censurâ. *c. 4. de Judic: c. 11. de priv. c. 20. de V. S. & c. 2. de pœn. De qu. infr.* Item ex causæ, quas ex singulari devotione sibi Ecclesiastici attribuunt. Ut de infantibus expositis. *l. 24. C. de Ep. & Cl.* Lenonicinio parentum. *l. 12. C. eod. c. 5. qu. fil. sint leg.* Natalibus *c. 3. de ord. cognit.* Item Jus dandi tutorem Clericum pupillo Clerico. *c. 11. dist. 84.* Jus immiscendi se executioni piæ voluntatis, invito quoque testatore. *c. 3. 17. de testim. Auth. licet C. de E. & C.* Bonor. possessionem concedendi in bona Clerici, *c. 7. de off. jud. deleg.*

XLIX.

Ad jura status seu dignitatis & privilegiorum iis, ut Episcopis competentium, referunt supra allegati Jus fisci. *gl. in c. 5. de conc. preb. N. 83. 131. 115. c. 4. de rapt.* Collectas instituendi. REC. Imp. *de ann. 1544. §.* und denn. *& an. 51. §.* solcher. Reditus ad mensam suam destinatos percipiendi. P. HEIG. *p. 1. qu. 14. n. 34. de ArchiEp. Magdeb.* Leges promulgandi. *c. 17. de priv. c. 4. d. conc. preb.* A. de PETR. *de pot. Princip.* SIXT. *de Reg. c. 2. vers. 21.* Legitimandi. *c. 13. qu. fil. sint. leg.* Famam restituendi. *c. 17. c. 2. qu. 6. c. 4. c. 1. qu. 7.* Annatas conferendi. DUAR. *d. l. l. 6. c. 4.* & accipiendi, *R. J. de an. 1500. προεδρίας. c. 10. dist. 96.* Coronandi Reges & Imperatores. BOD. *de Rep. l. 1 c. 8.* Regalia possidendi. *c. 7. de for. comp.* E. GOTHOFR. *de jur. Consist. th. 37.*

L.

Cœterum ea, quæ Jurisdictionis esse dicuntur, quæ proprie jam nostra facimus, non modo exercent quatuor hi Episcopatuum gradus, prout unus altero major, & legitimæ causarum instantiæ postulant. *c. 11. de off. ordin.* sed & alii inferiorum ordinum, qui ordinariam juris dicundi potestatem habent. Videlicet inter eos, qui in Clericatu, Cardinales, Legati, Archidiaconi, Archipresbyteri, Prælati, Decani, Rectores Academiarum. In curia Romana Auditores Cameræ, Rotæ &c. & quicunque ex superioris beneficio jurisdictioni sub proprio nomine præsunt. DURAND. seu SPEC. *hic.* Ex regularibus, Abbates & qui iis subsunt,

Prio-

Priores. Item Magistri ordinis Teutonici. arg. *c. 50. de sent. excom. c. 41. c. 17. qu. 4.* VASQU. *controv lib. 3. c. 105.* M. STEPH. *d. jur. publ. Eccl. disc. 4.* In quibus posterioribus dissentiunt NATTA. *cons. 118.* GREG. *Synt. lib. 15. c. 13.* & aliter Dn. REINK. *de R. S. & E. lib. 3. cl. 2. c. 3.*

LI.

Cardinales, ita à cardine appellati, & tanquam Senatores Pontificis. *c. 7. c. 16. qu. 1.* habent Episcopalem Jurisdictionem quatenus vel Diaconi, Presbyteri, aut Episcopi in suis titulis, & in capellis iisdem titulis subjectis. *c. 11. de maj. & obed. c. 2. de cler. non resid. in Eccl.* HONOR. *de off. ord. n. 3.* Legati. sive nati, missi seu à latere, ut distinguit *c. 1. de off. leg.* omnes ordinaria gaudent Jurisdictione in ea provincia, in quam missi, *c. ult. d. t. & in 6. eod.* nisi quod posterior cœteris major. *c. 8. hic.* junct. *c. 16. c. 3. qu. 6. & c. 7. de off. ord. in 6.* Archidiaconi. quorum officium sublata ChorEpiscopi dignitas peperit. *c. 4. 5. dist. 88.* P. GREGOR. *d. l. 15. c. 12 n. 46.* DUAR. *d. l. lib. 1. c. 10.* & Episcoporum sunt vicarii, ut scil. cuncta quæ emendatione indigent, nec majoris sui præsentiam desiderant, ad vicem ejusdem emendent & corrigant. *c. 1. 2. & t. t. de off. Archid. c. 1. dist. 25.*

LII.

Archidiaconis subsunt Archipresbyteri sive Civitatenses, sive Rurales, qui nimirum & in ordine presbyterali super cœteros curam agunt, & ut ille Episcopi, sic hi rem majorem Archidiaconis deferunt. *c. 1. & t. t. de off. Archipresb. c. 7. de consu.* & pro se voluntariam Jurisdictionem obtinent. ABB. *in c. 13. de for. comp.* Et his Decani, tanquam Presbyterorum primi, & inter Canonicos collegii honorabiliores. *c. 7. de conc. præb.* Quorum intuitu in omnes sui collegii ordinariam Jurisdictionem habent. M. STEPH. *de jur. publ. Eccl. disc. 2.* Sic porro Rectores Parochialium Ecclesiarum, *c. 3. de off. ord. c. 4. de cler. debit. & agr.* & Academiarum, quæ una cum Gymnasiis & trivialibus scholis, RITTERSH. *ad Nov. p. 9. c. 8. n. 8.* tam ratione originis in Germania & toto fere Occidente, Cl. CONR. *antiq. Acad. 3.* quam exercitii & finis, R. FULGOS. *in l. 9. C. de S. S. Eccl.* Cl. LIMN. *de jur. publ. lib. 8. c. 1.* & ex ipsa Constitutione FRI-

DERICI *auth. habita C. ne fil. pro patr.* contr. Bl. *ad d. auth.* Br. *de coll. & corp.* CHOPP. *de dom. Franc. titul. 27.* inter collegia Ecclesiastica referenda. ABB. *in c. 11. de const. & c. 3. de off. ord.* M. STEPH. *de j. p. Eccl. disc. 3.* LIMN *d. l.* M. ROUSSEL. *de histor. Jurisd. Pontif. l. 3. c. 4. n. 16.*

LIII.

Idque respectu totius collegii, licet & laici in iisdem reperiantur. M. STEPH. *de jur. p. Eccl. dis. 3.* LIMN. *d. l. n. 6.* Quarum magistratus tres, vel Præses, vel Episcopus, vel in Academiis Rector. *d. celebr. auth. habita.* Ex quibus hic causas scholarium levioris præjudicii solus, altioris, adhibito integro consilio audit. BOLOGN. Magnific. Dn. CHR. PHILIPP. RICHTER. *Antecessor & p. t. Decanus celeberr. Promotor & Patronus summopere honorandus ad d. auth.* LIMN, *d. l. 8. c. 5* & pro qualitate causæ sententiam fert, eamque mixto suo imperio exsequitur CORAS. *3. Misc. 17.* J. STEPH. *de Jurisd. lib. 2. c. 13. 14* Cui an itidem merum censeatur concessum non adeo est expeditum. Negantium tamen cum P. HEIG. *p. 1. qu. 11.* DONELL. *17. comm. 20.* MUSCORN. HUNN. *de Jurisd* & novissime Magnif. Dn. RICHTERO *ad d. auth. habita.* placet sententia.

LIV.

Et demum Prælati. Quo nomine licet omnes Clerici, qui dignitate gaudent, denotentur ABB. *in c. 2 de judic.* Clem. 2. *§. nos aut. de sepult. & Cc. communiter*, adeo ut juxta eund. *in c. 28. de præb.* Archidiaconi, & Archipresbyteri proprie tales, imo & eorum nomine ArchiEpiscopi veniant. *c. 1. de cler. ægr. in 6.* item Abbates. *c. 1. de hæret. in 6.* M. STEPH. *d. j. p. E. disc. 2.* attamen hic in specie denoto eos, qui Jurisdictionem fori contentiosi obtinent, & ex jure suo exercent. Prout etiam non minus omnis inferior jurisdictionem habens hoc titulo in te insignitur, *d. c. 2. ibique gl. de judic. c. 1. de eo qu. ord. furt. susc. c. 26. de app.* etiam Rectores Plebani &c. *c. 3. de off. ordin.* HONOR. *de off. ordin. n. 13. & de excess. Prælat. n. 2.* Quamvis in Imp. Rom. Germ. nominis hujus multo venerabilior intellectus, de quo PAURM. *de Jurisd. lib. 2. c. 10. n. 7. & c. 2. n. 26.*

LV.

LV.

Ex Regularibus vero Abbates seu Cœnobiarchæ. *l. 4. C. de S.S. N. 109 c 34.* Qui nimirum in suo monasterio idem quod Episcopi in sua diœcesi, cui tamen quoad legem Jurisdictionis in secunda instantia subjecti, *c 10. c. 16, qu. 7. c. 18. 19. c. 18. qu. 2 c. 16. dist. 61.* & sub se habent Priorem, vel Conventualem. *c. 6. 7. 9 16. d. c. 18 qu. 2.* P. GREGOR. *Synt. jur. lib. 15. c. 13.* DUAR. *d. l. 1. c. 12.* Qui insimul hodierno statu in utroque sexu regalia in Imper. possident. STEPH. *d. l. 3. p. 1. c. 2. n. 19. & c. 9. n. 17.* Item Magistri ordinum Teutonici. M. STEPH. *de jur. pub. Eccl. disc. 7.*

LVI.

Et tantum de dignitatibus in Ecclesia Romana, (in quibus tamen sua ambitio crevit) ipsi Cc. inter se parum conveniunt: Sed cum alibi locorum summæ potestates hujusmodi administrationes sacras suæ potius putaverint curæ, factum insimul ut sueta hæc titulorum & personatus, & dignitatis distinctiones parum aut nihil fuerint observatæ. Ex quibus, cum in Imper. Rom. German. apud Protestantes, uti appellantur, vi Pacificationis Religiosæ Passavii *Anno 1555.* initæ, nova quasi facies antiquæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ effulsit, BRAUDL. *de jur. publ. lib. 5. c. 7.* contigit etiam, ut præter Superintendentes, seu Inspectorem, Seniorem seu Decanum, Pastorem & Diaconum vix alii tituli adhuc observarentur. Magnif. Dni CARPZ. *Jurisp. Eccl. lib. 1. def. 75.* Ut omittam Episcopatus; nonnullos in eorum territoriis sitos, in quibus adhuc pars aliqua veteris Pontificiæ residet, magis tamen ex veteri forma, ac priori potestate.

LVII.

Quippe vi prædictæ pacis, quam Germaniæ palladium appellat P SYR. *de ead. in pr.* Sacrorum cura ad majestatem Principum iterum devoluta. SYR. *d. l. th. 12.* omnisque potestas, quæ alias Ecclesiasticis competeret, in Statibus his penitus suspensa. P. FRID. *de Proc. extr. lib 1. c 3.* In tantum, ut Jurisdictio hæc habeatur cujuslibet territorii certissima sequela. H.A. CRAN. *de ead. p 1. probl. 1.* Quæ insimul novissima pace OSNABRUGENSI *art. 5. §. 6.* plenissime confirmata, & sic plurimæ antehac à Pontific. hinc inde notæ quæstiones: 1. Utrum sc. vi extorta, cui resp. SYR. *d. l. th. 15.*

GOLD. *Polit. Imp. p. 3.* 2. Vi contractus aut legis inita? cui se opp. J. FIEB. *antecess. h. Acb. quond. Clariss. in Elect. jur. publ. disp. 8. qu. 4.* 3. per subsequens Conc. Trident. sublata? quam refutat præter superior. LEIP. *de ead. qu. 2.* Dn. CARPZ *in vind Th. Luth.* 4. eos casus, quæ ad animæ salutem spectant, comprehendat? quod probant GYLM. *Symph. suppl. tom. 1. p. 1. vol. 3.* & COTHM. *Resp. 33.* & quæ plura de reservatis Eccles. adducta antea, penitus sopitæ. T. REINK. *d. R. S. & E. lib. 3. cl. 10. n. 2.* MYL. *de jur. stat. Imp. c. 3.*

LIIX.

Effectus ejusdem supra adductus, ut quilibet Status immediate Imper. subjectus & territorialia possidens, jura Episcopalia habeat. *d. Pac.* §. und damit. M. STEPH. *d. l. lib. 2. p. 1. c. 17. & lib. 3. p. 1. c. 1.* Sed Status tantum, non subditi, qui pari libertate præter facultatem & quidem voluntariam emigrandi, *d. pacif* §. wo aber. vel ex pace OSNABR. *p. 5. Th. 58. §. 12.* exercitium clandestinum, minime gaudent. Prout contra LEIP. *d l. qu. 2.* CUB. ap. ARUM. *vol. 4. J. P. disc. 23.* SCHWANM. *decis. 8.* arg. *d Pacif.* §. und damit. & Ed. MAXIMIL. II. *de anno 1576.* adstruunt REINK. LIMN. CRAN. *dd. ll.* & novissime Magnif. Dn. CARPZ. *p. 1. decis. 83. 84. & Jurispr. Eccl. p. 1. def. 3.* Et Status illi quidem soli eandem Jurisdictionem cujuscunq; sint religionis in subditos exsequantur, contr. SYR. *d. l. th. 30.* GYLM. *in d. symph. tom. 1. p. 1. vol. 5. & lib. 2. decis. Cam. 56.* Quamvis tamen iisdem absque convocatione synodi, pro lubitu religionem aut ceremonias mutare non liceat. REINK. *d. l. lib. 3. d. 1. n. 4.* FIEB. *d l. disp. 11. qu. 16.* CARPZOV. *Jurispr. Eccl lib. 2. def. 247. & 248. & lib. 2. decis. 113.* Vid. Pac. Osnabr. *art 5. §. 12. v. quantum.*

LIX.

Unde & status Protestantium duplicem quasi gerere videntur personam, Secularem & Episcopalem. In qua posteriori quoad legem diœcesanam & Jurisdictionis prospiciunt quoque, Synodos convocando, R. Imp. *de an. 1555.* Bona Ecclesiastica administrando. F. HORTL. *l. 5. c. 7. bell Germ. d R Imp.* §. als auch. Super causis Ecclesiasticis & spiritualibus cognoscendo. *d. R. I. §. 20.* Academias & scholas triviales dirigendo. ORD. CAM

p.

p.1. tit. 3. Dn. CARPZ. *lib. 1. def. 5. 6. 7. 8.* In juramentis & cæteris dispensando. A. KNICH. *de jur. terr. c. 3. n. 134.* GAIL. *1. obs. 100.* Ecclesiasticos citra appellationem puniendo. CARPZ. *d. def. Eccl p. 3. def. 110. &c.* Ordinis juribus, Sacerdotibus commissis quidem, sed iisdem tamen à Principibus vocandis & eligendis. H. ECKH. *de ord. Eccl. p. 1. c. 16. qu. 1.* HORTL. *de bell. Germ. lib. 1. c. 37.* GERH. *de minister. Eccl.*

LX.

Et quia potestas hæc à seculari separata, ita & eidem deputata ab iis sunt certa judicia, arg *N. 6. in pr. N. 82. 86. 123. c. 11. de for. comp.* COTHM. *in pr. C. de Ep. aud.* quæ communiter dicuntur Consistoria, quamvis aliàs iisdem quævis judicia denotata. arg *l. 1. C de comit. Assess. l ult C. de div. jud. N. 6. §. adhæc.* Aliàs curia Episcopalis, *c. 7. de off. ord. in 6.* Officialium forum, *c. 3. de appell. in 6.* Hebræis, *συνέδριον* J. STEPH. *d. l. lib. 1.* Anglis, Curia Christianitatis, T. SMIHT. *de Rep. Ang lib. 2. c. 11.* Helvetiis, Chor Gericht / SIML. *de Rep. Helv lib. 3.* In quibus sc. Adsessores ordinariam Jurisdictionem exercent, M. STEPH. *d. l. 3. p. 1. c. 15 n. 13.* exceptis nonnullis, quæ Principes sibi reservarunt. Dn. CARPZ. *d. l. lib. 3. def. 2.* Et quidem ne forte processus inibi ventilati nullitatis vitio laborent, partim Ecclesiastici, partim seculares. CYPR. *de spons. c. 14. §. ult.* UMM. *ad proc 4 n. 74.* Quamvis nihilominus Ecclesiastica dicenda, etsi tantum assideant Laici, cum non consideranda qualitas personæ constitutæ, sed constituentis. E. GOTHOFR. *de jur. Consist. th. 59.* L. ÖHM. *d. l. concl. 16.* Dn. WEB. *de jur. Consist c. 17.*

LXI.

Quemadmodum & in Electoratu Saxoniæ provisum, ut præter ea, quæ in suæ Ser. Episcopatibus existunt, tria hujusmodi collegia habeantur, Dresdense, Lipsiense & Wittebergense, quorum prius & Senatum Ecclesiasticum includit. M. STEPH. *d l 3. c. 35.* & duplex judicium repræsentat. Dn. CARPZ. *in proc. Jur. tit. 2. n. 137.* Prout & inibi non modo à cæteris Appellationes recipiuntur. ARUM. *Ordin. quond. huj. Acb meritiss. de jur. publ. disc. 13. qu. 1.* Sed & Academiarum visitationes instituuntur. *Ord. Eccl. tit.* von OberConſ. Superintendentes examinantur & con-

confirmantur, P. CARPZ. *J. E. lib. d. 19.* Stipendia & Charisteria distribuuntur. Dispensationes circa matrimonia & juramenta imperrantur. Jura Fisci, Dn. CARPZ. *6. Resp. 42.* & quæ alia S. Elect. suæ cognitioni reservat, exercentur. Dn. CARPZ *J.E. lib. 1. def. 12. 13. 14.* FINCKELT. *de jur. patr. c. 6. n. 78.*

LXII.

Et quia ea, quæ ex lege ordinis Episcopis competunt, Superintendentes, Pastores & Seniores in Evangelicis Ecclesiis administrant, cujus intuitu iidem veri Episcopi vices tuentur, J. STEPH. *lib. 4. c. 11. n. 15.* Dn. CARPZOV. *d. l. t. 19. 71. 82. & 168.* imo nonnulla quoque circa legem diœcesanam adepti; ita & insimul iisdem pars aliqua Episcopalis audientiæ attributa. Videlicet inter litigantes Clericos amicabilem tentare compositionem. *Ord. Eccl.* §. von KirchenOrdn. In leviusculis interponere decisionem. *Ord. Polit. de ann. 1612.* CARPZ. *d. l. d. 4. & 29.* In matrimonialibus pro matrimonio cum seculari magistratu loci cognoscere. *d. Ord. tit. 7. Ord. Polit. tit.* von Consi. CARPZ. *d. l. l. 3. d. 29. 30. 39. 40.* junct. *84 85. 87.* Pastores cum suo consensu ad concionem δοκιμασίαν admittere. *Ord. Eccl. d. l* & approbatum Consistorio præsentare. CARPZ. *d. l. l. 1. d. 46.* Item Custodes Ecclesiæ sine suo præscitu non vocare. CARPZ. *d l. l. 77.* Inter eosdem dijudicare, & similia, quæ ad notionem nudam spectant, peragere. *Ord. Polit. de an. 1612.* von Consi.

LXIII.

Et tantum de subjecto Jurisdictionis nostræ, seu materia in qua, sequitur objectum ejusdem, quæ juxta th. 12. versatur circa personas, & res. DON. *17. comm. 8.* M. STEPH. *d. l. lib. 1. c. 20.* Ad cujus commodiorem explicationem dicam: Jurisdictionem hanc versari dupliciter circa personas, quatenus per se eidem subsunt, vel quatenus ex facto. Per se, respectu eo quo necessario aliquis in communione debet esse subjectus, seu uno verbo, quatenus subditus. Ex facto quatenus aliquis alterius jurisdictioni, cui jure subjectionis non subest se submittit, faciendo id, quod vel ex qualitate facti una Jurisdictio præ altera cognoscit, vel ex qualitate ea, qua potestate judicandi gaudet, sibi postmodo ex facto tali arrogat.

LXIV.

LXIV.

Per se & ex sua persona Jurisdictioni Ecclesiasticæ subsunt omnes Clerici, tanquam subditi. Ex facto vero alii, qui alias ab eadem sunt exemti. Et ex facto itendidem dupliciter, modo directo & necessariò, petendo vel committendo, aut aliter tractando id, quod ex sua natura Ecclesiasticæ cognitioni subest. Quales causæ Ecclesiasticæ, seu meræ, seu mixtæ, &c. Indirecte & per accidens, (qui modus utrique foro & Seculari & Ecclesiastico communis) petendo vel committendo specialiter aliquid ab Ecclesiasticis, cum alibi etiam liceat. Idq; vel sponte, ex Contractu, & Delicto. Vel coacte, ex Re sita, Litis pendentia, Continentia causæ, Reconventione, aut speciali alterius litigantis Privilegio.

LXV.

Qui per se & tanquam subditi subsunt uno verbo appellantur ordinis Ecclesiastici. *c. 2. 3. 4. de jud. c. 2. 12. de for. comp. c. 9. 10. de const.* divisi potissimum in Clericos & Religiosos. J. STEPH. *d. l. 4. c. 7. n. 1.* Quorum illi iterum vel majorum ordinum vel minorum, & qui majorum partim in sacerdotio, partim in sacris J. PAC. *ad tit. C. de E. & l. 2. C. Th. eod.* In sacerdotio Episcopi cujuscunque gradus, Archidiaconi & Archipresbyteri. In sacris Diaconi & Subdiaconi. CORV. *inst. jur. Can tit. 2.* Minorum ord. Acoluthi, Exorcistæ, Lectores & Ostiarii. *c. 1. dist. 21. l. 4. C. de S. S. E.* Ex religiosis, Monachi omnium ordinum *l. 52. C. de Ep. & c. fin. de reg. c. 22. 25. de preb.* Magnif. Dn. PRÆSES *d. prel. d.* DECR. *de cet. & qu. ord.* Ex iis omnibus tamen potissimus honor attribuitur Clericis. *d. c. 7. dist. 21.* Utpote tanquam ex hæreditate Domini, *c. 16. de preb.* ALCIAT. *5. Παρεργ. c. 22.* venerabiles, *l. 4. 8. 19. 37.* & reverendissimi, *l. 25. 45. 53. C. de Ep. & C.*

LXVI.

Sed priusquam in objecto hoc ulterius progrediar, congruens quoque crediderim, causam & originem hujus Jurisdictionis paulo altius petere. Potestatem Ecclesiæ proprie spiritualem esse, & præter directionem internam homines ex influxu præternaturali commoventem, ab ulteriore coactione nihil participare, supra crebrius adductum, & probatissima Theologorum Orthod. Religionis est sententia. B. MEISN. *de reg. Eccl.*

 th. 10.

th. 10. Dn. HULSEM. *brev. Th. d. l. 1. c. 4.* HAFENR. CHEMN. & alii. Et licet externus quispiam actus sœpe in primitiva Ecclesia interveniret, dareturque ordo & καθαίρεσις, CYPR: *lib. 3. Ep. 1. Tim. 5. v. 19.* erat tamen, ministerialis tantum, PARK. *de pol. Eccl. lib. 1. c. 2.* seu juxta de DOM. *d. l. lib. 5. c. 1.* & GROT. *de jur. Imp. circ. sacr. c. 9.* SALM. *de Ep. & Presb. c. 6.* directivus, aut si pœna interveniret, privativus bonis spiritualibus tantum, ut scil. reus loco Ethnici haberetur, & indigni. HIERON. *lib. 2. in Hierem. c. 7.* G. BERNARD. *ad Eug. lib. 2.* GERS. *de autor. Eccl. cons. 4.* GOLD. *tom. 2 Monarch. Imp.* De DOM. *d. lib. 5. c. 1. & c. 3. n. 33.*

LXVII.

Neque sub Nerone & persecutoribus aliud poterant, MEISN. *d. l.* sed ubi & principes & qui rerum potiti partes Ecclesiæ esse incœperunt, evenit postea ut & Ecclesia majorem libertatem, vimque aliqualem in morigeros nancisceretur. Quæ utut sacrarum & spiritualium primitus curam attingerent modo *l. 6. C. de S. S. Eccl. c. 1. c. 23. qu. 8.* GROT. *d. l. c. 9.* nihilominus paulo post & profanam suscepit, tam quod insita omnibus religio, & spectata tum Sacerdotum modestia, cunctis venerationem indiderant, quam quod Christiani cum Gentilibus tum temporis promiscue viventes, & uno eodemq; utentes jure malebant suæ religionis antistitem potius eligere arbitrum, ac æquum jus à pagano forte Judice expectare. NICEPH. CALL. *lib. 6. histor. c. 46. c. 10. de vit. & hon. cler. l. 13. 28. C. de Ep. aud.* HEIG. *p. 1. qu. 4. n. 61.*

LXIIX.

Progressa est hæc spontanea submissio partium adeò, ut & Principes Christiani eandem quatenus causæ in amicabili compositione versarentur, legibus suis non approbarent modo, quo spectant *l. 1. 7. 8. 9. 10. 14. 19. 20. 26. C. de Ep. & C. N. 128. c. 16.* DUAR. *1. disp. 57.* sed & post THEODOSIUS Imp. *in l. quotiens C. Theod. de Ep. aud.* expresse imponeret, ut omnes controversiæ, & una duntaxat parte id efflagitante, Ecclesiasticorum cognitioni sint deferendæ. Quæ constitutio quamvis sub JUSTINIANO, ad Clericos restricta fuerit rursus. *l. 33. 37. C. de Ep. & C. N. 19 83. 86. 123. c. 21. & c. 6. c. 11. qu. 1.* & quidem in civilibus tantum,

tantum, *d. l. 33. C. de Ep. & C. N. 9. c. 1. & N. 83.* post tamen sub eodem etiam longius fere, ac prioribus crevit. J. STEPH. *d. l. 4. c. 3.* M. STEPH. *de jur. P. Eccl. disc. 14. confer. N. 97.* H. GEBH. *de pot. Eccl. p. 118.*

LXIX.

Atq; his initiis imperium postmodo & reliqua invasere, idq; apud sequentes Imperatores potissimum, & imprimis Carolum Magnum, qui veterem illam Theodosii legem non reduxit modo, *Cap Carol. 281. lib. 6. ap. Lev. Bened.* sed & Ecclesiæ occidentali plures Provincias temporales attribuit. HELMB. *Chron. Sclav. lib. 1 c. 3.* GOLD. *in repl. pro imp. c. 9. & in Bohem. lib. 3. c. 3. n. 7.* CONR. *de Germ. Imp. c. 10.* Quibus ipsis postea plenaria translata potestas, & cum ea simul in ipsos Benefactores fere imperium. NAUCL. *Gen. 39.* URSP. *in Heinric. V.* PETR. de VIN. *in Ep* SELD. *in conf.* GOLD. *d. l.* GR. ab HEIMSP. *de inj. us. pap. p. 2.* Usque dum tempore B. LUTHERI non Saxonia modo, sed & universus pene orbis didicit, posse Ecclesiam & citra nominis Pontificii autoritatem subsistere. Verba J. A. THUAN. *lib. 1. hist.*

LXX.

Cœterum cognitionem de spiritualibus juxta in Clericos ac Laicos fundatam habuere præ reliquis antiquissime Ecclesiastici, seu ex concessione d. CONSTANT. Magni. J. STEPH. *d. l. c 4. n. 49* seu VALENTINIANI, GROT. *de jur. imp. c. 9.* quam sequenti tempore in Clericos obtinuere penitus, *c. 1. 2. 11. qu. 1.* Sic ut clericus nec in delicto à Laico judice comprehensus, detineri, nedum puniri, J. CLAR. *l. 5. §. fin. q. 36.* excepto casu, *c. 12. de sent. exc. in 6.* G. PAP. *decis. 130.* vel sub potestatis suæ amissione potuerit, *auth. statuimus C. de Ep. & Cl.* sed & in totum à Magistratu politico eximeretur. Non equidem divino jure, ut garrit BONIFACIUS *in c. 4. de cens. in 6.* & BELLARM. contr. *1. Petr. 2. & ad Rom. 13.* nec humano, de quo antiquæ leges *26. 28. 33. 41. C. de Ep. & Cl. l. 7. 22. c. de Ep. aud.* VASQU. *ill. contr. 1. c. 22.* COVARR. *var. res. c 31. n. 2.* ARN. *de jur. & exemt. Cler.* sed quia ita consuetudine inolevit. CURT. *in c. 3. dist. 63.*

LXXI.

Sortiuntur vero tales forum suum tripliciter, Domicilio,

 Bene-

Beneficio & Ordine. Ex Domicilio, quod iterum duplex commune, vel singulare. Commune sedes Apostolica seu Roma, quæ ad exemplum Juris Civilis, & hic communis omnium patria. *c. fin. de for. comp.* Singulare itendidem vel Naturale seu originis, vel Accidentale seu habitationis. ABB. *in c. 4. de for. comp.* Illud est, quod ex nativitate venit. gl. *in c. 10. §. cum vero de rescr. in 6.* non fortuita, sed ubi parentes sedem fixerunt. BOER. *dec. 13.* hoc, quod ex facto proprio sibi quis facit. Naturale hic minus proprie, quod tamen admittit ABB. *d. l.* cum Clericum non nativitas faciat, sed ordinatio, de accidentali tanquam potiori, ipsi & famuli ejus, ei subsunt, qui diœcesi domicilii veri præest. *c. 14. 15. 20. de for. comp. c. 4. de jud. l. ult. C. de Ep. & Cl.* junct. *c. 15. de for. comp. & c. 2. de sep. in 6.* PANORM. *in d. c. 4.*

LXXII.

Ex Beneficio, quod iterum duplex, Seculare vel Regulare, quilibet in ejus diœcesi respondere tenetur, ex quâ idem accipit. INNOC. *in d. c. 4.* FEL. *in c. 26. de rescr. n. 10. t. t. de conc. preb.* A. FAB. *in C. l. 1. t. 2. d. 65.* postposito quoque foro domicilii. *c. 18. de for. comp. c. 10. 16. qu. 1.* Et ex Seculari quidem coram Episcopo, A. FAB. *d. l. t. 3. d. 45.* Ex Regulari vero coram superiore ejusdem regulæ. *c. fin. de reg. c. fin. de Inst. Cl. 2. de suppl. negl. prat.* DUAR. *d. l. l. 2. c. 9.* Ex ordine, Monachus coram Abbate, hic coram Episcopo, & sic porro supr. th. 42. usque ad P. Rom. *c. fin. dist. 22.* qui demum coram generali concilio. CLAR. *l. 5. § fin. qu. 35. n. 42.* GREG. *de appell. 3. c. 2.*

LXXIII.

In terris Protestantium Clerici cujusque conditionis seu ministri Ecclesiæ, in personalibus, aut delictis levioribus, & quæ civilem pœnam merentur, una cum liberis eorum, non tamen famulis, conveniuntur quoque coram Judicio Ecclesiastico. *Ord. El. Sax. Polit. de anno 1612. Ord. Eccl. c. 7.* M. STEPH. *d. l. p. 1. c. 15* Dn. CARPZ. *Jurispr. Eccl. lib. 3. d. 3. 5 6.* Cujus respectu & in casu Succ. Fisci ab intest. Suprem Consist. sibi tantum mobilia attribuit. STEPH. *d. l.* Dn. CARPZ. *lib. 6. Resp. El. 42.* Excipiuntur tamen à Jure Pontificio. 1. Causæ feudi secularis. *c. 6. 7. de for. comp.* GAIL. *de P. P. c. 8.* 2. Reconventionis.

VASQU.

VASQU. *1. contr. 5.* 3. Delicti, quod Ecclesiastici corrigere nequeunt. *c.10. de jud.* 4. Reales. *auth. Cler. C. de Ep. & Cler. c.1. dist. 8.* GAIL. *1. O.37.38.* 5. Si quis hereditatem defuncti laici adeat, arg. *l. 6. C. de jurisd.* GAIL. *d. l.* maxime si judicium à defuncto coeptum.

LXXIV.

Et hactenus de modo sortiendi Jurisdictionem ratione subjectionis, sequuntur illi, qui contingunt ex facto, & quidem tali, quod circa eas causas versatur, quas Ecclesia prae coeteris agnoscit, & judicat. Causas easdem triplices faciunt Dd. & Cc. mere spirituales, spirituales seu Ecclesiasticas, & mixtas. ABB. & PANORM. *in c. 2. de jur. cal. n. 7.* Illae quae curam animarum & divina officia concernunt, Ecclesiasticae, quae disciplinam & controversias Ecclesiasticas tangunt, circa bona Eccl. & personas, Hae vero, quae aliquando ad spirituale, aliquando ad seculare forum, pro diversitate petiti perveniunt. MARANT. *d. l. p. 4. dist. 11.* WINZL. *de Jurisd. Ep. Germ tit. 15.* MART. *de Jurisd. p. 2. c. 2.*

LXXV.

Ad causas mere Spirituales refertur 1. Cognitio de veritate religionis. *l. 6. C. de S. S. E. N. 44.* M. CHEMN. *loc. Th. in l. Eccl.* MYNS. *2. Obs. 67.* Cultus divini observatio. 2. M. A. de DOM. *d. l. lib. 8. c. 12.* 3. Peccatorum absolutio & contritio. *t. t. de poen. & remiss. c. 2. & seqq. dist. 3.* De DOM. *d. l. lib 5. c 2.* 4. Commutationes votorum. *c. 1. de vot. & vot. redempt.* 5. Excommunicatio, dispensio & interdictum. Item 6. Dispensatio circa ea, quae conscientiam aggravant. *c. 5. 16. & 17. c. 1. qu. 7. c. 1. & 16.* PANORM. *qu. cler. vel nov. matr.* Quibus duabus postremis, & autoritate quasi divina, cuncta male facta sibi impune rati sunt Pontifices, vel injuste excommunicando, qualia exempla apud SIGON *l 9. 16. 18. hist. Eccl.* AVENT *ann. Boj. lib 7.* OTTO FRISING. *lib. 67.* BRUT. *fulm. fol. 71.* BANCK. *de Tyr. Pap.* vel nimis papaliter dispensando. Verb FELIN *in c. 7. de consti c. 17. c. 9. qu. ult.* H. ARN. *de jur. Maj. c. 6.* J. ANDR. *in c. 10. de reb. Eccl. non alien.*

LXXVI.

In terris Protestantium causae hujusmodi à Principibus jure superioritatis sibi reservatae, quas adhibito sacro collegio, aut

quandoque convocata integra Synodo decidunt. Prout & in terr. Elect. Sax. *Ord. Eccl. tit.* von beyden. *Ed. El. Sax. de an. 1625. §.* und ob zwar. in supremo Consistorio tanquam Senatu Ecclesiastico talia tractantur, CARPZ. *d. l. l. 2. d. 125.* Et quamvis potestas clavium Sacerdotibus immediate à Deo concessa, attamen ulterior excommunicatio, quæ videtur pœna quasi corporis afflictiva, certis limitibus à Principp. semper circumscripta, LEO. *in l. 30. C. de Ep. & Cl.* M. STEPH. *de J. P. E. disc. 9.* Scilicet ut cognoscant, utrum causa adfuerit, quæ excommunicatione digna. *d. l. 33. & N. 123.* B. LUTHER. *in adm. ad Eccl. script. in com. Aug. 1530. Ord. Eccl. E. S.* art. *gen. 10.*

LXXVII.

Atque idem observari quoque solet circa Dispensationes in matrimoniis. arg. *l. 17. C. de Nupt. l. 31. 57. de rit. nupt. l. 38. de Ad. & l. 41. C. de Transact.* Juramenti relaxationem vero præcise ad Principem qua secularem, ejusque cognitionem spectare. arg. *l. 6. §. fin. de jur. patr. l. ult. §. fin. qu. satisd. cog. l. fin. de re mil. & l. fin. ff. de inob.* cum CACHER. *decis. Ped. 78.* GU. PAP. *decis. 78. & 194.* CARPZ. *J. E. l. 3. d. 2. n. 21.* R. RUL. *dec. 20.* contra *c. 6. 26. de jurej. c. 11. dist. 96. & c. fin. de for. comp.* & A. FACH. *3. contr. 13.* H. HARTM. *t. 25. obs. 5.* P. FARIN. PANORM. & pl. Ce. potius statuo. Quod & hodie in Camera Imperiali aliisque regionibus ita servari testantur, G. CAM. *p. 2427.* DENAIS. *tit. 69. §. 1.* GAIL. *1. O. 25.* MYNS. *3. 6. 99.* BERL. *Pr. concl p. 7. C. 31.* VASQU. *de suc. ab int. l. 2. §. 18. n. 208. &c.*

LXXIX.

Huc quoque pertinent vocatio & constitutio ministrorum Ecclesiæ. Illos enim in terr. Protestantium una cum Sacerdotibus & populo, qui tres conjunctim M A. de DOM. *d. l. lib. 1. c. 12. & lib. 3. c. 3.* PARK. *d. P. E. lib. 2.* & B. MEISN. *de Reg. Eccl. th. 50.* requiruntur, creant. Sic, ut juxta CONC. Nicen. Theod. *lib. 1. c. 9.* cum Principe & Clero. arg. *c. 22. dist. 24. c. 5. dist. 51. c. 42. de Elect. c. 1. dist. 62. & t. t. dist. 63. 64. 66.* Potior pars populi. *c. 23. t. 16. c. 8. qu. 1. N. 123. c. 3.* consensum interponat, & Clerus quidem consulat, Princeps decernat, & populus sincero suo judicio adprobet. *l. 31. C. de Ep. & Cl. l. 19. C. de E. A.* J. GERH. *de minist. Eccl.*

Eccl. sect. 7. E. COTHM. *Resp. Acad. 2. & 42.* WINCKELM. *de jur. nov. tom. 1. disp. 3. th. 60.* CONR. *de const. Ep. Germ. th. 12. & seq.* MOLIN. *de non rec. Conc. Trid.* Dn. CARPZ. *J. E. lib. 1. d. 19. 27. 30. 31. 36.*

LXXIX.

Distingvendum tamen inter ministerium & beneficium. Quorum primum omnes tres ordines conjunctim, posterius vero solus is confert, cui jura majestatis competunt. ARN. *de de ex. Cler. c. 2. n. 5.* BOER. *decis. 32. n. 8.* MARSIL. Patavinus *def. pac p. 2.* Prout Impp. Rom. Episcopos & cœteros, de beneficiis ipsi investierunt, ut patet ex *can. 18. 21. 22. 23. dist. 69. & c. 25. de jur. patr.* GROT. *d. l. c. 10.* Et quamvis Ludovicum juri ei renunciasse asserat, *c. 30. dist. 63.* nihilominus ad Fridericum Barbaross. usq; durasse, testatur GOLDAST. *in Mon. Imp.* AVENT. *lib. 5. Ann.* donec Heinricus IV. quo ferocior in defendendo Imperii decore antea, eo post fulmina Hildebrandina dimissior, De DOM. *d. l. lib 6. c. 7. n. 19.* Jure investiendi in Italia cederet. Unde & paulatim invasit Germaniam, donec per concordata Anno 1447. remedium huic malo quidem peteretur, sed quod statim anno 1510. X. & anno 1522. C. in Imp. iterum gravamina pareret. GOLD. *tom. 2. Const. Imp.* ALEX. RAJED. *decis. 41.*

LXXX.

Mere spirituales sequuntur Ecclesiasticæ, eæque quas mixtas appellamus. Ecclesiasticæ iterum tangunt vel sacrarum rerum dispositionem, aut certam censuram & disciplinam. Ex prioribus oriuntur eæ, quæ versantur circa bona destinata Ecclesiæ, tam quoad templorum & ædificiorum, (qualia Xenodochia, Nosocomia, Cœmiteria &c.) structuram, quam redituum ad sacrum cultum deputatorum provisionem. Ex posterioribus delicta, qualia hic Schisma, Hæresis, Apostasia, Simonia. *Ord. furtiva susceptio Blasphemia.* M. STEPH. *de jur. p. Eccl. d. 12.* In bonis reperiuntur vel plane spiritualia, ut primitiæ, oblationes, quibus & nonnulli è Can. addunt Decimas. arg *l. 16. de præb.* vel alia sine quibus corporalis Ecclesia commode subsistere nequit. arg. *c. 7. c. 1. q. 3. c. 2. 30. de præb. c. 9. de consecr. dist. 1. c. 3. de Eccl. ced. N. 67. c. 2. & 123. c. 18.* & humanis juribus penitus exemta sunt. *l. 1. §.*

facr. de rer. dif. l. 14. 21. C. de S.S.E. c. 7. 8. c. 1 qu. 2. R. I. *de an. 1530.*

XXCI.

Utrorumque(quæ sœpe ita in nonnullis creverunt Ecclesiis, ut & Regum Principumque filii, non religionis, sed luxus cupiditate, sacra profana ingenio ambiverint, administraverintque. De DOM. *d. l. lib. 4. c. 5. n. 41.* & Bonifacio Martyri, sœculo XI. veras extorserint querelas: Aureos Sacerdotes ligneis quondam usos fuisse calicibus, quibus aureis, nunc lignei uterentur. *c. 44. de consecr. dist. 1.*) Administratio Episcopalis est supra th. 45. Et ratione eorundem insimul, 1. Controversiæ super causis Acad. & scholar. trivialium. ABB. *in c. 1. de loc.* CARPZ. *l. 2. l. 1. d. 7. 8.* Stipendiis Studiosorum, & reditibus ministrorum Ecclesiæ. *c. 41. de Elect. e. 1. §. ult. de jur. patr in 6. c. 26. c. 10. qu. 1.* CARPZ. *d. l. l. 1. d. 96. & seq. d. 170. & seq.* Xenodochiorum & aliorum locorum, qui ad pios usus destinati. *c. 2. c. 10. qu. 3.* CARPZ. *d. l. l. 1.* & *d. l. l. 2. d. 298. & seqq. 313. & seqq d. 326. & seq.* Eorum refectione & sustentatione. *c. 3. c. 16. qu. 2.* CARPZ. *d. l. 2. d. 334.* De eorum accessoriis aut incorporatis, ut jure Subselliorum. *t. t. de Sep.* CARPZ. *d. l. d. 357.* Sepulturæ. *d. 387. & seq.* War. ab Ehrenberg. seu EB. à WEIHE *lib. 1. de fœd. l. 2. Ord. Eccl. tit. 8.*

XXCII.

Ad censuram Ecclesiasticam pertinent delicta & crimina, quæ religionem Christianam lœdunt, ut Schisma, seu aliqualis à communione discessio. *c. un. de schism. in 6. c. 2. dist. 8. c. 26. c. 24. qu. 3.* Hæresis, seu fidei manifestus error, *l. 1. 3. 5. 6. C. & c. 8. 10. 12. X. de haret. in 6.* Apostasia, seu totalis ab Ecclesia separatio. *l. 2. 4. ult. C. & t. t. X. eod.* Simonia, seu cupiditas pretio vendendi spiritualia. *t. t. X. de Simon. & in 6.* Blasphemia, seu maledictum contra Majestatem divinam. Quamvis hæc potius mixti fori dicenda. *t. t. de Cler. Maled.* Quæ omnia dijudicat Episcopus. *c. 16. de Simon. in 6. c. 9. §. 1. de haret. in 6.* Unde & in terris Pontif. Relig. ad ea peculiariter constituti Inquisitores. *d. c. 16. 17. 18.* & curia Relig. qua ita in tribus prioribus priori sœculo postquam purior lux Rel. per totum orbem effulsit, ita grassati sunt, ut in solo Belgio sub Carolo V. ultra 50000. hæreticorum, uti vocitant, E. METTER. *lib. 2. hist. Belg.* & in Gallia intra

14. an-

14. annos à laniena Parif. ultra 700000. trucidata. Platinæ continuator A. CICCARELL. *in vit. Gregor. XIII* vid. *tit. de hæret. in 6.*

XXCIII.

Ecclesiasticas causas concomitantur eæ, quas mixtas appellamus, scilicet utriusque fori tam secular. quam Eccles. juxta qualitatem actionis, quam actor intendit. Quæ iterum vel circa causas civiles versantur, vel circa delicta. Ex prioribus, prima est causa de Decimis, decima illa parte, quæ ex instituto divino ex omnibus rebus, quæ humana cultura proveniunt, Sacerdotibus debetur. *c. 1. 21. 23. 26. 30. 32. de decim. c. 4. 5. c. 16. qu. 7.* A. FAB. *lib. 1. C. tit. 3. d. 21.* Utpote quas Deus in recognitionem universalis dominii sibi reddi mandavit. *d. c. 26.* cui respondet VASQU. *l. c. contr. 89. n. 1.* In his si quæratur, qui percipiat decimas, aut simile de Jure, Ecclesiasticus judicat, *c. 2. de jud. c. 25. de Decim. Cl. 2. de jud.* FINCKELTH. *de jur. patr. c. 8. n. 9.* GAIL. *1. 6. 38.* ibique GRÆV. sin de facto, an sint decimæ nec non, Secularis. arg. *c. 9. c. 11 qu. 1. gl. in c. 2. de jur. Cal.* COVARRUV. *p. 2. qu. 35. n. 2.* Dn. CARPZ. *d. l. 1. d. 138.*

XXCIV.

Similis causa juris patronatus, juxta prædictam distinctionem, utrum versemur in quæstione Juris quid cooperetur, quo casu Ecclesiæ annexum. *c. 7. 16. de jur. patr. c. 3. de judic. c. 9. 10. 12. c. 22. qu. 5. O Cam p. 2 sit 1.* VANT. *de null Proc. ex def. incomp. n. 4.* an vero in casu facti, an sit aut fuerit unquam. MART. *de Jurisd. p. 2. c. 40.* MYNS. *5. O. 93.* TESSAUR. *decis. 82.* Item materia Juramenti, in qua si quæratur, utrum juramentum sit licitum vel illicitum, spectat ad forum Ecclesiasticum, *c. 34. §. utr. de El. & El. pot.* GAIL. *1. O. 25. 28. 42.* vel utrum servandum vel non, ad Seculare. *c. 2. de jurej. in 6.* MYNS. *2. O. 57 & 3. O. 99.* CARPZ. *J. E. l. 3. d. 2.* ROM. sing. *425. & 426.*

XXCV.

Ejusdem naturæ sunt causæ de matrimoniis, & quæ iis an-

JCtorum, ut MONN. *de matrim. p. 3. c. 1.* A. GENTIL. *de nupt. l. 1 c. 12.* V. RIEMER. *Antec. b. Ath quond clariss. dec. : qu. 8 ad Inst.* pro re penitus civili habent, contr. *l. 16 l. pen. C. de E. A. c. 13. 18. desponsc. c. 9. de haret.* M. CHEMN *Ex. Conc. Trid.* MART. *de tit.*) itendidem distinguitur, utrum de facto an scilicet matrimonium contractum fuerit, quæratur, ad effectum hæreditatis & simil, & est jurisdictionis Secularis, M. A. ROB. *l. 3 rer. jud. c. 5.* MEICASN. *decis. 20. t. 3.* CARPZ. *d. l. lib. 2. d. 1.* aut an de jure, an celebrari potuerit, & est Ecclesiasticæ, *c. 16. de off. deleg. c. 2. 3. de judic. Ord. El. Sax. tit.* was Sachen. Neque Camera Imp. se interponit *O. Cam. p. 1. t. 9. Vis.* Absch. *d. an. 1570.* FRID. *de proc. & trib. 1. c. 10. n. 4.* GAIL. *1. O. 45. & 112.* nisi lis inter ipsas personas Cameræ ventiletur. Juxta præjud. E. GOTHOFR. *d. jur. Cons. tb. 67.*

XXCVI.

In connexis ejusdem, est Causa de Sponsalibus *t. t. X. de spons.* CARPZ. *d. l. d. 28. l. 2.* De secundis nuptiis *c. 1. de cons. & aff.* BOER. *decis. 140.* De divortio sive totali, sive quoad thorum & mensam. *t. t. de divort. de frig. & malefic.* De partu legitimo, seu causa natalium. *c. 23. 5. c. 30. qu. 5. c. 19. c. 35. qu. 2. c. 3. de spons. cland.* WINTZL. *de Jurisd. Ep. Germ. tit. 15.* MENOCH. *1. cons. 69.* etiamsi ea accidenter tantum obveniant. *c. 3. de ord. cognit.* ibique FEL. junct. *c. 5. 6. qu. fil. sint leg.* Prospectione alimentorum infantis illegitime procreati aut circa alia dubii, item expositii. CARPZ. *d. l. 2. def. 214. 220 21. & 214. & seq.* De solennitatibus circa Nuptias, ut proclamatione, copulatione & simil. Dn. CARPZ. *d. l. 2. d. 139. 143. & seq.*

XXCVII.

Ex posterioribus Delictis scilicet primum est Stuprum, *c. 1. de adult & stupr. d. l.* Quod etiam in ditionibus Protestantium præter alimentationem infantis & satisfactionem stupratæ, de quibus CARPZ. *d. l. 2. d. 228. & seq. & lib. 3. d. 81.* etsi alias ad Politicum magistratum pœna spectet, FARIN. *p. 5. tr. crim. qu. 47. n. 99.* CLAR. *rec. sent. lib. 5. §. qu. 37.* CARPZ. *d. l. d. 72. & 77.* in Consistoriis eorum quandoque mulcta tamen pecuniaria punitur. CARPZ. *d. l. d. 78. & 80. n. 6.* Et in simili, si sponsi

ante

ante nuptias concumbant; præsertim si eis publica imponatur deprecatio. CARPZ *d. l. d. 84. 85. 86 87. & seq.* junct. *d. 94.* Item Adulterium, juxta qualitatem ad quam concluditur in libello. *c. 7.* ibique PANORM *de ad. & stupr.* ANDR. *in c. fin. de for. comp.* & HONOR. *eod.* junct. *c. 5. de proc. c. 2. de div.* CARPZ. *d. l. l. 2. d. 189. & 190.*

XXCIIX.

Item malitiosa conjugum desertio, aut unius in alteram sævitia. *t. t. de div.* CYPR. *de sponf.* CARPZ. *d. l. d. 2. d 220. 221. & l. 3 d. 66. 67.* Item infamia de stupro illata. CARPZ. *d. l. d. 228.* Item de jure Pontificio, Delicta luxuriantium contra naturam. *c. 4. de exc. prel.* ibique PAN. CLAR. *d. §. fin. qu. 37.* Lenocinium *l. 11. C. de Ep. aud.* Usuraria pravitas, ubi si controversia super quæstione juris & quidditate usurarum, Ecclesiasticum, sin vero de facto seculare. *t. t. de usur.* CLAR. *d. l. q. 37. & §. usur. n. 5.* COVARR. *3 resol c. 3. n. 1.* Cc. *in c. 8. de for comp.* HIER. *à* CEVALL. *in sp. com. op. qu. 11 p. 9.* Sacrilegium. *c. 8. de for comp.* Sortilegium. CLAR *d. l. §. sortil. n. 10.* Quæ posteriora tamen hodie plerumque & inibi Secularis punit. CLAR. *d. l. §. fin. q. 37. n. 6.* R. à VALL. *1. conf. 75.* MEICHSN. *1. decis. Cam. 2.*

XXCIX.

Effectus mixtarum causarum, ut locus detur præventioni ad effectum suspensionis coram altero. GOTH. à BAV. *tr. real. qu. 16. n. 75.* DEC. *tr. crim. 27. per tot.* SCACC. *de jud. 42. n. 44. c. 15. de eff. jud. del.* MART. *de Jurisd p. 2. c. 5.* Et quidem in criminalibus etiam Jurisdictio Ecclesiastica major seculari, crimen inibi actionis via tractatum, coram altero per accusationem nequit deferri, *d. c. 8.* DEC. *tom 1 l 4. c 4.* GUAZZ. *de t. reor. d. 3. c. 9.* Ecclesiastica cognitione vero finita, & reo inibi etiam absoluto, non impeditur judex Secularis idem reassumere, & pro qualitate sui judicii vindicare. CLAR. *d. l. qu 57. n 10.* Nisi 1. talis à priori

pæn. in 6. P. THEOD. *Antecess. h. Athenæi quondam celeberrimus diss. 10. th. 5. litt. E.*

X C.

Præterea omnes causæ possessionis, ex vulgato Dd. & Cc. consensu censentur seculares, hujusque resp. pleræq. Ecclesiasticæ dici possunt mixtæ; arg. *c. 18 de rescr.* Cum spirituale cum coercitione, qua turbatos tueatur nihil habeat commune. *c. ult. de jud. c. 29 c. 11. qu. 1. c. 5. qu. fil. sint leg.* G. PAP. *decis. 1. & 85.* GRAM. *decis. 78.* TESSAUR. *decis. 117.* Excipitur tamen: Si inter duos Clericos de possessione controversia COVARR. *pr. quæst. c. 35. n. 5.* Si titulus in possessorio principaliter justificetur. MÆN. *rec. poss.* Gl. *in clem. de caus. poss. & propr.* MYNS. *1 O. ult.* Aut 3. adipiscendæ interdictum petatur, G. PAP. *d. dec. 1.* CRAV, *cons. 10.* DUAR. *d. l. 17. c. 11.*

XCI.

Factis ita recensitis, quæ directo etiam non subditum huic Jurisdictioni subjiciunt, offerunt sese ea, quæ ex accidenti, & quidem vel spontanea voluntate se subjiciendi, vel coacte ratione rei quam petit, aut defendit, contingunt. Sponte (ut in seculari foro) aliquis se ei Jurisdictioni submittit ratione contractus & delicti. Ex contractu, quo nomine quodlibet negotium, etiam districtum significo. *l. 19. §. 1. de Jurisd. l. 58. de pact.* quilibet nihil sortitur forum ubi contraxit & coram Ecclesiastico solaturum promittit arg. *l. 21. de O. & A. & l 3 de reb. aul. jud. poss.* junct. *c. 17. 18. de for. comp.* ibique SOC. & PANORM. nec ulla remissio conceditur, *c. 1. §. 3. eod. in 6. & c. 20. c. 23. qu. 5.* J. UMM. *diss. ad Proc. 4. n. 5.* Modo debitor non statim discessurus. Gl. *in c. 1. §. 6 de for. comp.* & qu. pl. ap. COVARR. *pr. qu. c. 10.*

XCII.

Ex delicto, aut agitur in foro pœnitentiali & locus non attenditur COVARR. *d. l. c. 11.* CL. *d. l. §. fin. qu. 38. n. 5.* aut in contentioso, In quo si delictum mixtum Ecclesiasticus ratione loci del commissi primitus cognoscit M. de AFFL. *decis. 2 19.* Sin seculare, & delinquens laicus, cognitionem quidam etiam Eccl. deferunt. CYN. *in l. 2. C. de h. qu. ad Eccl.* DECIAN. *4. tr. crim. c. 26. n. 2. & 6. tr. 25. n. 30.* Verum indistincte servari contrarium

rium testatus est suo tempore, BR. *in l. 7. de acc. per e. fin. de imm. Eccl* GOM. *3. res. 10.* SALYC. *ad auth. it. C. de S. S. E.* Quamvis ob reverentiam sine licentia Episcopi Secularis reum capere nequeat. *c. 1. de imm. Eccl.* nisi crimen atrox & in mora periculum. CL. *qu. 30. & 38.* Si vero delinquens Clericus, locum habet *c. 14. de for. comp. Cl. de sent. & re jud.* etiamsi judex in dignitate minor sit delinquente. CLAR. *d. l. qu 35 n. 14.* ibiq; BAJARD. *in add.*

XCIII.

Ex consensu quoque venit *supr. th. 16.* adducta Jurisdictionis prorogatio, specialiter à Jure Canon. ita hoc nomine insignita, *c. ... de off. deleg.* DUAR. *de for. comp. in tit. de jud.* Cujus definitio est *l. 5. 18. de jurisd. l. 11. C. eod c. 4. 28. 32. 40. de off. deleg.* & hic quoad modo prorogationis, ut persona, tempus, locum, & causam cum seculari convenit, nisi quod delegati judicis jurisdictio non possit prorogari de persona ad personam, *d. c. 40.* RITTERSH. *dist. jur. Can. l. 5. c. 7.* Item quod in eadem, ne Clerici quidem alteri Episcopo potestatem possint prorogare, nisi cum ratihabitione sui ordinarii, *c. ... 18. de for comp. c. 1. dist. 27. c. 9. dist. 96.* nedum Secularis, *c. 12. 15. de for. comp. c. 4. de judic.* Etiamsi vel juramento fuerit corroborata *d. c. 4. c. 41. c. 42. c. 11. qu. 1. c. 41. c. 2. qu. 7.* INNOC. *ad d. c. 13. & 14.* MART. *de Jurisd. p. 2. c. 6. n. 38.*

XCIV.

Coacte aliquis se submittit vel ex qualitate causæ quam intendit, vel ex speciali aliquo privilegio. Ex priori. 1. Si hæres defuncti negotia cœpta inibi defendere debeat, ubi res sita aut defunctus decessit. *l. 19. c. 30. de jud.* In tantum ut & in casu juramenti à defuncto præstandi, hæres inibi conveniendus, SER. de SERAPH. *priv. jur. 67.* PANORM. *in c. ult. de sep.* V. de FRANCH. *decis. 234.* FRID. *de proc. extr. l. 3. c. 5. n. 7.* 1. ratione rei sitæ. *c. 3. de for. comp.* ibique SOC. PANORM. FELIN. ZANG. *d. Exc. p. 2. c. 1. n. 94.* BOER. *dec. 69.* MYNS. *1 O. 22.* GAIL. *1. O 37.* MYNS. *1 O. 22.* & quidem tam mobilis quam immobilis ABB. *in c.*

ventio. *l. 12. de jud. c.* 1. 2. *de mut. petit.* Quæ hic contra omnem sententiam præterquam arbitri admittitur, *c. 1. de mult. pet. c. 6. de arbitr. in 6.* A. FAB. *20. conj. 6.* sed vice versa laico à clerico coram seculari convento, denegatur. *c. 2. de for. comp.* FAB. *d. l. conj. 7.* Cujus contrarium tamen contra PAN. SOC. *ad c. 4. de jud.* GISEB. *de reconv. c. 11.* & J. MÆSTERT. *de just. Rom. leg. c. 16.* cum TRENTAC. *2. resol. 1.* MARANT *p. 4. d. 6. n 53.* FRANCH. *dec. 193. & 349.* CYPR. REG. *de injust. Rom. leg. l. 2. n. 16.* & strenuissimo alias Canonum defensore MART. *de jurud p. 4. cent. 2. c. 167.* fatente ipsomet SOCIN. *d. l.* æquius. UMM. *disp. ad Proc. 10. n. 8.* HILLIG. *D. E. 17. com. 18. l. m.*

XCVI.

Ex speciali privilegio forum Ecclesiasticum implorare possunt 1. Personæ miserabiles, *c. 15. ibiqu. gl. de for. comp.* MART. *d. l. p. 2. c. 21. n. 6.* COVARR. *pr. qu. c. 6. n. 1.* TRENTACINQ. *d. l. lib. 2. res. 9. de jud. & res. 2. de cit.* Studiosi. arg. *d. auth.* ibique P. REBUFF. *c. 162.* GREGOR. *l. 18. de Rep. c. 7. n. 15.* Et econtra licitum conventis se privilegio certi loci tueri de [illegible] Pont miserabilibus personis itendidem. *l. 17. C. de E & C. auth. stat C de Ep. aud.* Clericis, qui ne volentes quidem alibi quam coram seculari conveniuntur. Item Studiosis Clericis certorum ordinum, qui non quidem coram Rectore, sed Episcopo. MART. *d. l. p. 4.* [illegible] *c. 39.* HILLIG. *D. E. 17. com. 20. lit. K.*

XCVII.

Et hucusq; de causa efficienti Jurisdictionis hujus, ejusque subjecto & objecto, sequuntur modi procedendi & effectus, seu causa formalis & finalis ejusdem. Illa est hic Summaria, & subtilis ordinis judiciarii observatio causas in ea non detinet. Cl. 2. *de jud.* ZANG. *de Exc. p. 1. c. 1. n. 60.* & in terr. Protest. *Ord. Eccl. El. Sax c. 8.* Unde & Judex Ecclesiasticus non tenetur stare Processui civili. M. STEPH. *d. l. l. 3 p. 1. n. 21.* GRAM. *conf. 42.* sed sequitur juris naturæ ductum. BR. *in Extravag de jud.* modo substantialia non omittantur. CARPZ. *J. E l 3. d. 27 28.* Hæc vero, ut jus suum cuique tribuatur, & peccata corrigantur, *Celebr c 15. de jud.* Quorum intuitu quoque, Jurisdictionis hujus sententiam, ubi ipsa ulterius progredi nequit, Magistratus Secularis vel

sub

sub pœna 100. aureor. *c. 6. de sent. & re jud. c. 2. de Cler. excom.* vel excommunicationis. *c. 26 c. 23. qu. 5.* ALC. *in c. 1. de off. ord.* exsequitur. J. STEPH *inst. jur. Can. lib. 3. c. fin.*

XCIIX.

Supersunt modi acquirendi, amittendi & tuendi eandem. In acquisitione *supra th. 24.* dictum, potestatem hanc Jus dicendi, dependere ex concessione potestatis supremæ, sed accipere postmodo plus latiusque aliquid ab aliis æque magistratibus præsertim hoc tempore, quo ea patrimonialis facta. Acquiritur igitur vel consensu expresso vel tacito: Illo à superiori per investituram aut similia. Ubi tamen verba investituræ, mit allen Geistlichen und Weltlichen Gerichten / non Jurisdictionem tribuunt, sed saltem Jus Patronatus. E. GOTHOFR. *de jur. Consist. th. 49. 50.* Ab aliis vero: si qui partem suæ Jurisdictionis in alium transferant. PRÆP. *in c. 1. qu. mod. feud. amitt.* STEPH. *d. l. l. 1. c. 28.* Hoc, ab utrisq; ex longo temporis cursu. *c. 19 c. 16. qu. 1. c. 5. de Consu.*

XCIX.

Et iisdem modis ordinaria econtra finitur. Vel unius non usu, & alterius annorum 30. aut 40. præscriptione, BACH ad Wes. huc., *c. 14. de priv. c. 7 eod. in 6. c. 7. de jur. patr. c. 1. de præscr. in 6. Auth. quasllanes. C. de S. S. E. c. 30. de off. ord. c. 36. de V. S.* M. CÖL. *in c. 13. de præscr.* VASQU. *2. controv. 59. n. 5.* Vel ademtione constituentis. Et quidem in delegata, istius qui delegavit. *c. 2. 25. c. ult. de off jud. del.* aut morte, negotio adhuc integro. *d. c 2.* junct. *c. 2. de vic. Ep. in 6.* In ordinaria, ex aliqua causa, quæ ad adimendum sufficiens, qualis denegata justitia. *c. 7. dist 74.* nimia desidia. *c. 2. de suppl. negl. præl. in 6.* GAIL *1. O. 18.* S. GENT *de Jurisd. l. 3. c. 28. 29.* In prorogata, pœnitentia, *l 18. de Jurisd.* re adhuc integra, nisi juramentum intervenerit. arg *c. 20. 26. de jurej. c 13 de jud.* FACH. *1. controv 61.* COVAR. *ad c quamv. de pact. in 6.* Cl. HAHN. *d. l. n. 9.*

C.

Tuendi & conservandi remedia versantur vel circa possef-

imo & nudum judicis officium. arg. *l 22 de S S. E.* Et quæ plura ratione P. Rel. adducit GAIL. *d. P. P. t. 1.* GOTHOFR. *d. l. th. 106.* Quarum omnium probatio petenda, vel ex libris Eccles. antiqu. arg. *c. 13. de prob c. 13. de præscr.* MASC. *de prob. vol. 1. conf. 958.* J. ALOYS. *p. 3. decis. Neap.* Litteris & registris Monasteriorum. WESENB. *conf. 48.* Libris Messaticis BORCH. *p. 1. conf. 29* Matriculis in Consistoriis & visitationibus. GAIL. *1. Obs. 21.* & Magnif. Dn. CARPZ. *lib. 1. Resp. Elect. 78.*

Et tantum est, quod de JURISDICTIONE ECCLESIASTICA hic thesium inauguralium loco proponere animus fuit. In quo si non digna, dignissima hac materia proposita fuerint ubiq;, & (sperabo) me juxta ejusdem prolixitas excusabit facile, ac institutum hoc meum, in quo jam versor. Illa, quæ exactiorem limam poscit, hoc, quod jam attingenda mihi materia, non attrectanda. Cœterum si non penitus ingratum fuisse perspexero, (nam eo ambitionis nunquam progrediar, ut ultra id vota mea extendam) daturus quoque sum operam, quo idem vulgetur paulo limatius. Interim benevolus Lector pro communi disputandi licentia præsens quale quale benevolo suscipiet animo, aut vulgato errori saltem non succensebit. Et cum eo simul, pro dexteritate sua pluribus hinc inde irrepentibus Erratis. Ex quibus duriuscula, subsequentibus exhibentur.

---

t. 10. Justin·anæo, l. neo. ἀκξωτὴ l. ἀκρωατὴ *t.* 15. qua. l. quæ. *t.* 16. qui l. quæ. *t.* 19. magnarum. l. magnam. *t.* 21. æstumarunt. l. marint. pleræquæ l. que. *t.* 25. res. l. ii. *t.* 27. quas l. quæ. *t.* 31. d. c. un. add. &. *t.* 36. religione l. nis. *t.* 40. gradubus l. gradibus. *t.* 43. suspecta l. æ. *t.* 44. Biturcicensis l. Bituricensis. Episcopatubus l. ibus. *t.* 45. dignitates l tis. *t.* 46. diœcesos l. eos. *t.* 48. leges l. is. *t.* 58. articulo 5. dele th. 58. *t.* 81. profana l. no. *t.* 82. qua ita dele ita. *t.* 18. & post. l. Et post

DEO SIT HONOR, LAUS ET GLORIA.